


JOANNES TAYLOR Salopiensis LL.D.

AETHICI COSMOGRAPHIA:

ANTONII AVGVSTI ITINERARIVM PROVINCIARVM:

Ex Bibliotheca P. Pithœi, cum Scholiis IOSIAE SIMLERI.

Quæ his addita sunt, sequenti pagina indicantur.

Basileæ, M. D. LXXV.

HOC OPERE CONTENTA:

AD GENEROSVM ET MAGNIFICVM DOMINVM, D. IOANNEM BALASSAM DE GYARMATH, etc. *Orthodoxæ religionis & bonarum artium ſummum in Hungaria patronum,*

IOSIAE SIMLERI TIgurini Præfatio.

HISTORIAM, quæ uitæ magiſtra eſt, abſq; Geographia cœcam eſſe & mancam, nemo, ut arbitror, ambigit qui paulo attẽtius in hiſtoriarum lectione uerſatus eſt: Magnũ quoq; Geographiæ in omni ciuili uita uſum eſſe, manifeſtum eſt, cùm in pace & bello ſummum ad res gerendas adiumentum afferat, ſingularum regionum & locorum ſitũ probè perſpectum & cognitum habere: ideóq; ſummi reges & Imperatores huic cognitioni operam dedere, & in publi-

cum uſum regiones depingi, & locorum ſitus & diſtantias deſcribi curarunt. Quare cùm tãta ſit Geographię præſtantia & dignitas, neminem fore arbitror, Magnifice Domine, qui mihi uitio uertat, quòd Geographica ueterum ſcripta partim nunc primùm in lucem à me prolata, partim recognita & emendata, tuo clariſsimo nomini inſcribere, & principi uiro per omnem ætatem in reipublicæ adminiſtratione & bellis gerẽdis uerſato, hos libellos, quibus terrarum ſitus deſcribitur, offerre auſus fuerim. Neq; hic à me copioſam aliquam expoſitionẽ requiri arbitror, qua Geographicæ diſciplinæ præſtantia & utilitas oſtendatur, cùm nemo de hoc dubitet, & à doctiſsimis uiris hæc dudum copioſè & eleganter expoſita ſint. Sed quia Aethicus & Antonius, quorum ſcripta Magnificentiæ tuæ offero, nõ omnibus uulgo noti ſunt, non alienũ ab hoc loco eſſe exiſtimo, ſi & de ipſis auctoribus, & eorũ ſcriptis aliquid in medium adferam, & quem peculiarem uſum habeant, explicem: quò, ſi hæc tibi probabuntur, plus habeant apud cæteros homines auctoritatis.

Aethi-

AETHICVS igitur, quem primo loco damus, à quibusdã Ister cognominatur. Meminerunt autẽ Istri Plutarchus & Athenæus, atq; ex nostris Hyginus: sed hic alius est à nostro Aethico. nam Callimachi seruus & discipulus fuit, qui temporibus Philadelphi & Euergetæ regum Aegypti uixit, quo noster multis seculis est posterior. uixisse enim uidetur post Constantini tempora, quoniam Constantinopolis meminit, quæ nomen hoc à Constantino accepit: & quam ueteres Cirtham nominarũt, ipse recentiori nomine Constantinam nuncupat. Quòd si ab alio hæc interposita suspicari libeat, nihilominus in ipsa libri præfatione sese aliũ ab Istro Callimachio esse ostẽdit, quandoquidem mentionem facit descriptionis terrarum, quę iussu Romani Senatus post consulatum Iulij Cęsaris & Antonij facta sit. Lilius Gyraldus in libro de Nauigiis citat Aethici Antiquitatis historias, quæ ab Hieronymo in Latinum sermonem è Græco conuersæ creduntur. Audio etiam apud CL. V. P. Danielem Aurelianensem extare Aethici librum hac inscri

ptione: Incipit liber Aethici philoſophico editus oraculo, à Hieronymo presbytero tranſlatus in Latinum, ex Coſmographia & mundi ſcriptura. De eo etiam ſic ſcribitur in præfatione: Hic Aethicus Iſtria regione Sophiſta claruit. primúſq; codices ſuos Coſmographiam nuncupauit: alios, quos non minora, ſed maiora dixiſſe cognouimus, Sophogrammios appellat. Nobis librũ illum uidere non contigit, ſed in noſtro exẽplari, hoc de illo iudicium à uiro docto adnotatum fuit: librum eſſe barbarè ſcriptum, nugis & fabulis refertum, de creatione mundi, de elementis, de mirabilibus mundi, etc. omnia indigna Hieronymo: ac ne Aethici quidem, quoniam in eo libro ipſe Aethicus Iſter philoſophus ſæpe citatur, & Alchimus. Porrò Coſmographię Aethici, quam nunc damus, exẽplar ad nos miſit P. PITHOEVS, iuris, literarũ & omnis antiquitatis peritiſsimus, quod priùs cum altero exemplari Cuiacij Iureconſultorum principis contulerat.

Additum aũt erat Aethico ANTONII AVGVSTI Itinerariũ prouin-

eia

ciarũ, quod ſępe antehac editũ eſt ſub Antonini nomine, ac quidã credunt Antoninũ Pium Imp. huius auctorẽ eſſe. In noſtro exẽplari Antonius Auguſtus nominatur: & qui Pariſiis Antonini nomine hoc Itinerarium edidit, fatetur, eodẽ modo in manuſcriptis exemplaribus Antonio Aug. inſcribi. Nominatur autem quidam Antonius Auguſtus inter Geoponicorum ſcriptores. Habui etiam alterum exẽplar, quod Aegidius SCVDVS, quẽ honoris cauſa nomino, ex ueteri quodã codice Bibliothecæ, ni fallor, S Galli deſcripſerat: in eo liber hic Antonino Auguſtali inſcribitur. Flodoardus presbyter libro primo hiſtoriæ Rhemenſiũ pontificum citat hæc ex Aethico in Coſmographia, A Mediolano per Alpes Cottias Viennã M.P.M.CCCCIX inde Durocortorũ M.P.M.CCCXXXI, quæ ſunt leugæ CCXXI. Item à Durocortoro Diuodorum vſq; M.P.M.LXII. Hęc autem ex Antonij Itinerario deſumpta eſſe non eſt dubium: quare iuxta hũc Aethicus vtriuſq; libri auctor erit. Præterea in antiquiſsimo Itinerario Antonij inuenitur eadem præfatio,

quæ Aethico noſtro præpoſita eſt, de Dimenſione orbis terrarũ iuſſu Romani Senatus facta. Poſtremò Ioannes Cuſpinianus ſcribit, ſe habere Itinerarium uetuſtiſsimum incerti auctoris, quod Iulio Cæſari aſcribatur, è quo hæc eadem profert, quæ ab initio Aethici noſtri leguntur. Meminit etiam Felix Malleolus in dialogo de nobilitate deſcriptionis, totius orbis, quæ à Iulio Cæſare inchoata & ſub Auguſto abſoluta fuerit: ac gentes & ciuitates ſingulas, inquit cum ſuis diſtantiis annotatas eſſe in Itinerario vrbis Romæ, quod ſe uidiſſe refert. Cæterùm ex his quę ab ipſo commemorantur, apparet eum loqui cùm de Aethici noſtri coſmographia, tum etiam de Itinerario prouinciarum Antonij Auguſti. Porro in tanta opinionum uarietate quid nobis ſtatuẽdum eſt? quemnam agnoſcemus huius Itinerarij auctorem? Dicam, quod ſentio, audacter. Primùm neq; Iulium, neq; Antoninum Imp. ſiue Pium, ſiue Philoſophum intelligas, Itinerarij, quod hodie ſub Antonini nomine circumfertur, auctorem eſſe exiſtimo, quoniam multa urbium nomi-

nomina hic ponuntur, quæ illorum ætate incognita prorſus fuere, vt Cõſtãtinopolis, Maximianopolis, Diocletianopolis, Conſtantia, Curia. Non tamen propterea nihil ad Iuliũ, aut Antoninos hoc opus pertinere cenſeo: ſed exiſtimo deſcriptionem aliquam regionum & urbium illorum iuſſu primùm factam, & poſtea ſæpe mutatam, aut auctam, nomen uetus ſeruaſſe, ut Iulij, aut Antonini diceretur. Video enim deſcriptiones huiuſmodi ſemper magnis Imperatoribus & regibus curæ fuiſſe. Plinij ætate adhuc extabant commẽtarij Diogneti & Bitonis, qui fuere menſores itinerum Alexandri Magni, & loca quæ adiit, eorúmque diſtantias literis commendarunt. Agrippam diligenter admodum in dimenſionibus terrarum obſeruãdis & annotãdis uerſatũ fuiſſe ex Plinio conſtat. Ab Auguſto Italia in regiones certas diſtributa, & diligentiſsimè deſcripta eſt. Idem cùm in Orientem miſſurus eſſet Caium filiũ, præmiſit Dionyſium geographum, qui ſingula commentaretur. Refert etiam Aethicus uniuerſum orbem à menſoribus ex Se-

natuſconſulto deſcriptum eſſe tempore Iulij Cæſaris & Octauij Augusti imperatorum. Ac procul dubio quando Cyrenio præſide cenſus Iudæorum habitus eſt, imò totius orbis Romano imperio ſubiecti, cuius Euangelica hiſtoria meminit, ſingula oppida prouinciarum omniũ diligentiſsimè deſcripta fuerunt. Veriſimile autem eſt etiam poſteriorum Imperatorũ iuſſu prouincias & oppida Romani imperij deſcripta fuiſſe, præſertim cùm toties prouinciarũ limites mutati ſint. Extat quoq; ad finem libri noſtri fragmẽtum Itinerarij ANTONINI, quo tãtùm itinera ab Vrbe in Gallias continentur: nullæ autem locorum ſeu manſionum diſtantię adnotatę ſunt. Ac fortè talis fuit Iulij, vel Antonini deſcriptio, in qua tantùm prouinciæ & itinera oppidáq; celebriora annotata eſſent: huic poſtea alij, multa ex poſterioribus deſcriptionibus adiecerunt, numeros addiderunt, nomina alicubi mutarunt, atq; ad ſuam ætatem accommodarunt. Cæterùm an Aethicus Itinerarium ſcripſerit, aut auxerit, ut Flodoardus cenſere uidetur,

tur, affirmare non ausim, etsi animus huc inclinat eundem utriusque libelli auctorem esse, attamen quoniam in uetustis & manuscriptis exemplaribus prior Aethico, posterior Antonio Augusto inscribitur, nihil hic mutare uoluimus.

Secuti autem sumus in utriusque libelli editione uetustum codicem manuscriptum, quẽ ad nos misit V. CL. & omnis antiquitatis diligẽtissimus inuestigator P. PITHOEVS I.C. Habuimus etiam aliud exemplar Itinerarij manuscriptũ, non quidem uetus, sed ex ueteri codice bibliothecæ (ni fallor) S. Galli, descriptum, cuius nobis copiam olim fecit celeberrimæ memoriæ uir Aegidius SCVDIVS: cum his duobus duo etiam impressa exemplaria cõtulimus, Parisiense ab Hẽrico Stephano olim editũ & Lugdunense excusum ab Ant. Vincentio, qui Aldinam editionem se imitatum esse testatur. Vbicunque uerò exemplaria hæc inter se dissentiebant, eam lectionem quæ in Pithœi codice habebatur, retinuimus, nisi prorsus manifestum mendum esse constaret. Ne tamen uel exemplari huic nimium

cõfidere, aut arroganter facere alias lectiones expungendo uideremur, diuersitatem lectionis in nostris Scholiis adnotauimus. Etenim in hũc potissimùm finem Aethico & Antonio Scholia, siue Notas adiecimus, ut utrunq; auctorem suæ integritati restitueremus. Quamuis autem hoc non potuerimus plenè præstare, ob mendarum multitudinẽ, quibus Itinerarium Antonij hactenus scatebat, & inopiã ueterũ & emẽdatorum codicũ, nihilominus tamen bona fide affirmare possum, locos plurimos qui in omnibus priorib. editionibus deprauati erant, à nobis emendatos esse, quod facilè deprehendẽt quicunq; nostram hanc editionẽ cum prioribus contulerint. De numeris tamen distãtiarum, in quibus facillimè aberratur, nihil affirmare & promittere possum: possent fortè collatione longitudinũ & latitudinum ex Ptolemæo multorum locorum distantię emendari: item collatione Plinij & Strabonis, à quibus sæpe interualla & distantiæ celebrium vrbiũ annotantur: idq́; nos alicubi fecimus, sed in toto opere præstare propter uarias

rias occupationes non potuimus. Quòd si aliquis ocio abundans id tentet, non tantùm ex Ptolemæo Antonium, sed nonnunquã etiam ex Antonio Ptolemæi numeros emendare poterit. Exempli gratia, differentia inter Tocolosida & Volubilim ponitur à Ptolemæo partis unius & quinque scrupulorũ longitudinis, latitudinis uerò scrupulorũ x. at apud Antoniũ distãtia harum vrbiũ tantùm est IV. M. P. necq; existimandum est in Antonio erratum esse, quoniam totum iter à Tocolosida Tingim (cuius prima mansio est Volubilis) habet M.P.CXLVIII. ac differentia Tingi & Tocolosidæ apud Ptolemæum habet scrup. XL. & rursus partes II. scrupul. XXVI. Cõtrà cùm apud Antoniũ ponitur iter à Mediolano per Alpes Penninas Mogontiacum M.P. CCCCXIX, mendum in hoc numero esse facilè differentia harum urbium è Ptolemæo desumpta deprehẽditur, quæ est P.III. scrup. XX. & P.VI. Idem quoque ex Antonio ostẽdi potest, si quis prius iter cũ altero, à Mediolano per Alpes Graias Argentoratum, conferat. Multa alia huius generis annota-

ri poterant, si cui libeat Antoniũ diligenter cum Ptolemæo conferre: sed nobis, ut dixi, tantùm propositum fuit lectionem Antonij aliorũ exemplarium collatione emendare. Quòd si locum aliquẽ reperimus paulo aliter à Ptolemæo, aut Plinio & Strabone nominari, id quoq; annotauimus. Statueramus etiam recentia locorum & oppidorum nomina adijcere, & id ab initio in plerisq; Africæ itineribus fecimus: sed cùm uideremus id à Moletio, Ortelio, & Soono dudum præstitu esse libenter huic labori parcere uoluimus: tantùm Germanica quædam nomina aliquot locorum Norici, Rhætiæ, & Germaniæ, à Scudio adnotata Scholiis nostris inseruimus.

Postremò Aethico & Antonio adiecimus, Itinerarium RVTILII Galli, nunquam hactenus, quod sciã, in Germania editum, dignũ tamen ob elegantiam carminis, & Latini sermonis puritatem, quod studiosorũ manibus teratur. In hoc diuersam lectionẽ ex collatione aliorum exẽplarium & nostris coniecturis adnotauimus.

Præ-

Præterea huic addidimus VIBII Sequestri libellũ de fluminibus, fontibus, lacubus, mõtibus, nemoribus, gentibus, quorũ apud poetas fit mẽtio, antè quidem ab Aldo editũ, sed nunc à nobis ope duorum manuscriptorum codicũ longè emẽdatiorem.

Postremum locum tenet libellus prouinciarum GALLIAE, quem sæpe antehac editum, Antonio & Vibio coniunximus, non tantùm quòd in editione Veneta & Lugdunensi his quoq; coniunctus fuisset, verumetiam quòd sciremus nos illum longè emendatiorem nunc edere, quàm unquam hactenus publicatus sit. habuimus enim exemplar uetustissimum & emendatissimũ ex bibliotheca Tigurina, quod fideliter exprimi curauimus.

Quoniã uerò geographici auctores quos uno libello coniunctos edimus, non ita celebres sunt, ut Straboni, Ptolemæo, Melæ, uel Plinio conferri possint, ne quis propterea contẽnendos existimet, pauca subiiciam de fructu, qui ex eorum scriptis, & præcipuè Aethici atq; Antonij percipi potest. Cum igitur uniuersus terrarũ orbis

quatuor partibus constet, oriẽte, occasu, meridie, atque septentrione, prima hæc est & simplicissima etiã remotarum regionum notio, ut Polybius tradit, per quã supradictis partibus singulas regiones accõmodãtes, eas uel ad septentrionem, aut meridiem, aut ad ortum, uel occasum positas esse nouimus. Hãc terræ diuisionem AETHICVS sequitur, & quoniam uniuersus terrarũ orbis Oceano ambitur, ab oriente incipiens exponit, quænam maria, insulæ, montes, prouinciæ, oppida, flumina, gentes, ad orientalem partem terræ, seu ad Oceanum orientalem pertineant: similiter etiã maria & insulas ac reliquas partes, occidentis, septẽtrionis, & meridiei enumerat. Non tamen omnia minutè persequitur, sed tantùm quæ celebriora tum erãt. Numerat enim exempli gratia prouincias LXXVIII. per uniuersum terrarum orbẽ, & tamen legimus in sacra historia Asuerum regem imperasse prouinciis CXXVII: sed ab Aethico prouinciæ nomen tribuitur amplissimis regionibus quæ in plures alias diœceses, uel præfecturas, aut prouincias diui-

diuiduntur. Fuerunt autem prouinciarum diuisiones sæpe mutatæ à Romanis Imperatoribus, ac una Gallia, quæ antiquitus in duas, aut ad summũ tres prouincias diuidebatur, postea in prouincias XVII. diuisa fuit. Sed illa generalis diuisio in maiores & celebriores prouincias, antiquissima est & diutissimè durauit, nõ tantùm in Republica Romana, uerumetiam in ecclesiarum administratione. Nam maiores prouinciæ suos habuerunt Primates, quibus parebant Metropolitani, qui & ipsi suas prouincias sibi subiectas habebant: erãt deinde episcoporum diœceses minus latè patentes. Mentio fit huius diuisionis in Decretis dist. XCIX. c. prouinciæ. Recitantur illic uerba Anacleti Papę, scribẽtis, prouincias multo ante Christi aduentum tempore diuisas fuisse: quo loco quidam Decretorum interpretes, etsi sint multæ antiquiores prouinciarum diuisiones, præcipuè tamen existimant hic mentionem fieri eius diuisionis quæ sub Iulio & Octauio Impp. facta est, quando uniuersus terrarum orbis ex senatusconsulto descriptus & dimẽsus fuit. Atq;

hæc, ut quidam opinantur, est illa prouinciarum, gentium & oppidorum descriptio, quæ breuiter hoc libro ab Aethico nostro exponitur. Sed quia altera etiam terræ diuisio in tres partes, Europam, Asiam, & Africam, omnibus nota & communi cõsensu recepta est, hanc quoq; diligenter admodum Aethicus noster persequitur, & singularum orbis partium prouincias cum suis limitibus eruditè describit. Est autem hæc illius posterior descriptio totius orbis, penè ad uerbum suæ historiæ inserta à Paulo Orosio, siue hanc Aethicus ab Orosio acceperit, siue, quod magis credo, alter illam ab Aethico nostro mutuatus sit.

ANTONIVS, ut de illo etiam aliquid afferamus, omnium ferè prouinciarum cùm terrestria, tum etiam maritima itinera describit. Est autem itinerum notitia non tantùm mercatoribus necessaria, qui per uarias regiones peregrinantur, sed exactiori locorum descriptioni plurimum inseruit, & totius Geographię fundamentum est: ac Ptolemęus eruditum

ditum & laboriosum opus suũ Geographicum, ex locorum distantiis & obseruatione rerum cælitus apparentium contexuit. Neque enim quenquam adeo rudem esse existimo, qui credat omnium locorum longitudines & latitudines ab ipso Ptolemæo aut aliis cælitus obseruatas esse: sed cùm constaret de præcipuorum & celebriorum locorum longitudine & latitudine, cætera ex accurata obseruatione & dimensione itinerum deprehensa & addita sunt. Affert etiam itinerum cognitio multum lucis historiarum lectioni: sæpe nanque ab Historicis exercituum profectiones uariæ terra mari'que, nonnunquam etiam classium tempestate factæ disiectiones describuntur, quæ omnia meliùs intelliguntur, si noris distantias & interualla locorum. Præterea ducibus & imperatoribus itinerum ratio nota esse debet, ideóque summi imperatores olim huic rei & operam & sumptum impenderunt, ut omnia itinera nota & diligenter descripta haberent. Ab iisdem militibus itinerum ratio præscribebatur: qua de re

non pigebit D. Ambrosij uerba adscribere. Miles, inquit, qui ingreditur iter, uiandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio uiam carpit, nec uoluptaria captat cõpendia, ne recedat à signis, sed Itinerariũ ab imperatore accipit, & custodit illud: præscripto incedit ordine, cum armis suis ambulat, rectáq; uia conficit iter, ut inueniat commeatuum parata sibi subsidia. Si alio ambulauerit itinere, annonam non accipit, mansionem paratã non inuenit, quia imperator iis iubet hæc præparari omnia qui sequuntur, nec dextra nec sinistra à præscripto itinere declinãt, meritóq; non deficit qui imperatorem sequitur suum. Moderatè enim ambulat, quia imperator non quod sibi utile, sed quod omnibus possibile, cõsiderat: ideo & statiua ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto requiescit die. Eligũtur ciuitates in quibus triduum, quatriduum & plures interponãtur dies: si aquis abundãt, commerciis frequentãtur: & ita sine labore conficitur iter, donec ad eam urbem perueniatur, quæ quasi regalis eligitur, in qua fessis exercitibus

requies

requies miniſtratur. Poſtremò Itinerarium hoc Antonij, de quo nunc ſcribimus, coniunctum cum libro qui titulum habet, NOTITIA utriuſque imperij, oculis quodammodo ſubiicit diſpoſitionem rei militaris, qualis olim ſub imperatorib. fuit per omnes prouincias Romani imperij. Nam in illo opere omnes copiæ & equeſtres & pedeſtres recenſentur, uexillationes Palatinæ & Comitatenſes, legiones Palatinæ, Comitatenſes & pſeudocomitatenſes, auxilia, claſſes, & quo loco, in quibus limitibus ſingulæ legiones & cohortes, atque alæ diſpoſitæ fuerint, indicatur: ſed plurima locorum nomina apud Ptolemæum & alios geographos non inueniuntur, quæ tamē ferè omnia apud Antonium noſtrū extant. Quare ſi quis hunc cum altero conferat, uidebit quibus locis & quanta inter ſe diſtantia Romanę copiæ per prouincias diſtributæ fuerint. Ignaui quidem & uentri dediti homines hæc negligūt, & noſtram in his rebus diligentiam rident: ſed liberali ingenio præditi omni antiquitatis cognitione delectantur, & cùm hæc conſiderāt, non

tantùm ueterum induſtriam & pru-
dentiam admirantur, ſed eorum in-
ſtitutis ſæpe in cõſiliis capiendis non
parum iuuantur.

Prolixiùs fortè hæc à me exponun
tur, ſed quia huic libello conueniunt,
dabis ueniam, Generoſe Domine, ſi
ea, quæ non ignoras, tibi explicem:
nam ſimul etiam, cur Magnificentiæ
tuæ libellos hos offerre uoluerim, fa-
ciliùs perſpici poterit. Video enim in
libris inſcribendis uiros eruditos illos
plerunq; patronos deligere, qui ſcri-
pta eorũ auctoritate ſua tueri poſsint
cõtra inuidorũ calumnias: uel ob exi
miam rerũ quæ in ipſis tractãtur, co-
gnitionẽ de his iudicare, & aliquam
ex illis delectationem percipere poſ-
ſint: plerunque etiam hoc officij ge-
nere erga uiros magnos & de ſe ac li
teris bene meritos, obſeruantiam &
pietatem ſuam declarare uolunt, ſi-
múlque illis perſuadere cupiunt, ut
patrocinium religionis & literarum
ſemel ſuſceptum nunquam depo-
nant. Omnibus uerò his de cauſis
iure ac merito hoſce libellos Magni-
ficentiæ tuæ mihi nuncupaſſe ui-
deor. Etenim cùm antè à nobis ex-
poſi-

poſitum ſit, tractationem hanc geo-
graphicam, quæ prouinciarum limi
tes, & uariam itinerum terra mariq́;
rationē exponit, maximè ad uirum
politicum & copiarum ducem per-
tinere, neminem arbitror fore qui me
ineptum iudicet, quòd tibi, Genero-
ſe domine, in adminiſtratione rei-
publicæ & bellis gerēdis per omnem
ætatem uerſato, hæc ſcripta offerre
audeam. Atq; cùm Pannoniarum,
Daciæ, Mœſiæ, Thraciæ maximam
partē obieris, dum pro Imperatoria
maieſtate uel bella geris, uel legatio-
nes obis, optimè iudicare poteris de
non exigua parte itinerū quę ab An-
tonio deſcribuntur. Atq; cū tua ſum-
ma ſemper fuerit dignitas, maxima
quoq; penes omnes bonos ſit aucto-
ritas, facilè clariſsimi nominis tui
ſplendore & libro auctoritatem con-
ciliare, & inuidorum morſus repel-
lere poteris. Quod uerò tertium e-
rat, grati animi ſignificatio ob acce-
pta beneficia, fateor non me ſolum,
ſed omnes uiros bonos plurimū de-
bere M. T. duobus nominibus, cōmu
nis patriæ primùm, deinde religio-
nis & literarū cauſa. Etenim Pānonia

uestra iam à multis annis Germaniæ murus fuit, quæ sola Turcarum o- mnem impetũ excepit, sustinuit, & à Germania auertit: quo nomine cùm toti regno Hungariæ multum debemus, tum præcipuè illis, qui belli duces omnia hæc administrarunt, & sanguinem suum pro patria & religione effuderunt. Inter hos autem iam diu nobilissimum locum tenuit Balassa familia: nam ut uetera & ab hominum memoria remota omittamus, Magnificẽtiæ tuæ parens infœlici illo ad Mugacium prœlio fortiter pugnans, morte generosa fidẽ suam & fortitudinem Ludouico regi & uniuersæ patriæ approbauit. Frater uerò M. T. Melchior Balassa comes Zakmariensis, inter summos militię duces facilè principem locũ, quamdiu uixit, obtinuit. Quæ uerò Imperatoriæ maiestatis & totius aulæ iudicia sint de te, Generose domine, quos labores sustinueris, quæ pericula pro patria & religione subieris, nobis quoque, qui longè à uobis dissiti sumus, non obscurum est. Etsi autem hæc magna & præclara sunt, à me tamen & mei similibus, qui ab armis

&

& militia remoti, in ocio literario uitam degimus, non possunt satis pro dignitate prædicari: itaq; ad alteram tuæ Magnificentiæ militiam uenio, patrocinium & propugnationẽ bonarum literarum & ueræ atq; orthodoxæ religionis: quam ego militiam cùm omnibus aliis, tũ uestræ regioni maximè utilem & necessariã iudico. Cùm enim religionem nostram non tantùm immanes Turcæ apertis armis & bello oppugnẽt, sed, proh dolor, multi ex nostro cœtu progressi, eandem, quantum in ipsis est, subuertere, & Turcis uiam sternere non cessent, dum CHRISTVM unicum nostrum seruatorem sua æterna deitate spoliare conantur, non minus est necessaria hæc quoq; militia, qua religionis integritas & puritas, quàm altera illa qua patriæ libertas defenditur. Inter eos autẽ, qui ecclesiæ iuxta prophetica uaticinia nutritĳ sunt, & orthodoxam de Deo doctrinam contra ueteres hæreses, nostro tempore à Serueto, Blandrata, Frãcisco, Dauide & aliis renouatas, fortiter defendunt, Magnificentiam tuam principem locũ obtinere audimus. Et quo-

)(5

niam bonarum artium & lingua-
rum cognitio ad conseruandam &
propagandam ueram religionẽ ma-
ximè necessaria est, sapienter sanè M.
T. patriæ & ecclesiæ consulit, quan-
do complures literarum studiosos in
Academiis alit, qui aliquando domi
doceant quæ apud exteros didicere.
Atq; hæc tuæ munificentię laus, Ge-
nerose Domine, si non par, proxima
tamen est militari laudi: alterius e-
nim magnam partẽ sibi fortuna uen
dicat, milites quoq; multũ de Impe-
ratoris laude decerpere conãtur, hæc
uerò tua unius tibiq; soli propria est.
Quòd si in cõsortiũ huius laudis ad-
mittere aliquẽ libeat, nemini potius
id debetur, quàm generosæ dominæ
Annæ Sulyokiæ Balassianæ, cõiugi
Magnificẽtię tuę: atq; utinã Deo patri
dñi nostri IESV Christi placuisset
hanc diutius tuarũ curarũ & laborũ
atq; laudis quoq; participẽ esse. Nam
quod prophetę olim prędixerũt, Re-
ginas nutrices ecclesiæ fore, id uerè
prædicari potest cùm de M. T. cõiuge
beatæ memoriæ, tum etiã de nobilis-
simis Heroinis ipsius sororibus Dña
Dobonissa, & dña Bochkaina, atq;
huius

huius filia Domina Bathorina, quas audimus nobili & uirili animo bonarum literarū ſtudia tueri. Si igitur Helenā Conſtantini Magni matrem ueteres ob religionis ſtudium tantopere laudarūt, quod magna ex parte in templorum exſtructione & ornatu conſtitit, an non maiorē laudē nobiliſsimæ Heroinæ merentur, quæ in conſeruāda puritate orthodoxæ religionis, qui eſt uerus & proprius eccleſiæ ornatus, laborāt? Sed Magnificentiæ tuæ & optimarū Heroinarū laudes iuſtis aliquando & meritis encomiis celebrabunt ueſtræ benignitatis alūni. uidimus enim eorū ſcripta et legimus. & cognouimus illis neq; ingeniū, neq; diligentiā & ſtudiū deeſſe, ut non dubitemus propterea uobis polliceri eos aliquādo uniuerſę patrię magno honori ac uſui fore. Quoniā aūt uerę religionis propagatio & cōſeruatio cōmune beneficiū eſt, quod ad omnes pertinet qui membra ſunt corporis Chriſti, unà mecum omnes boni & puræ religionis, tuam prudentiam, conſtantiā, religionē & fidem, in propugnanda uera & ſana de Chriſto doctrina admirantur &

prædicant. Cæterùm opportunitate oblata, ego, etsi unus è uulgo, uolui publico hoc scripto, non quidem me laudatorem, (id enim maioris operæ esset.) sed præconem saltem túæ uirtutis & sapientiæ ostẽdere. Quod autem postremum est, si auctoritate, uel dicendi copia ualerem, ecclesiam uariis modis afflictam, & bonarum literarum studia M. T. commendarem: sed tua constantia facit, ut nulla commendatione illis apud te opus esse existimem. Vides enim pro tua singulari prudentia, si unquã opus fuit, nunc magnopere necessarium esse, ut religio & literarum doctrina coniungantur, quò puritatem orthodoxæ fidei à maioribus acceptam, posteris relinquere possimus, neq; unà cũ armis Turcicam quoq; impietatem fines nostros inuadere patiamur. Absq; literis enim religio neq; contra hostes defendi, neq; apud eius studiosos explicari potest: neq; literæ absq; religione animos ad pietatem commouere, & uitia cõprimere possunt. Quare cùm sapienter hæc coniungenda dudum statueris, & pietatis atq; literarum studiosos tuis sum-

ptibus

ptibus alas, CHRISTVM opt. maximum rogo, ut hos tuos conatus uelit conseruare ad sui nominis gloriam, & totius reipub. incolumitatem.

Amen.

RODOLPHVS GVALTHE-rus iunior Lectori.

QVAM latè pateat mundus, quo limite terræ
Claudantur, curæ sit bene nosse tibi.
Oppida, regna, arces, cognomina prisca locorum,
Et quonam steterint illa vel illa solo:
Hæc aliquis forsan precio nō æstimet amplo,
Ad formas facili qui iuit arte cutem.
Sed cui mens pulchri tantùm est studiosa laboris,
Hoc videt esse animi nobilioris opus.
Si natura oculos homini dedit alma creato,
Vt crebro intuitu disceret astra poli:
Quis stupor haud vllas partes cognoscere terræ,
Nec nisi maternæ limina scire domus?
Tanta rudem deceat vix ignorãtia turbã,
Quæ stipe exigua pinguia rura colit.
Adde, quòd hæc scire est humanis vsib. aptũ,
Allicere vt cunctos vtilitate queant.
Imprimis claros decet hæc doctrina Monar-
Quos tangit populi cura salúsq; sui. (chas,
Magnum est confines studi se noscere terras,
Complectiq; animo regna aliena suo.
Siue ea mãsuro longùm sint fœdere iuncta,
Vtile amicitiæ commoda nosse paris.
Seu sint finitimi creberrima causa timoris,

Ignotas

Ignotas hostis turpe erit esse domos.
Est & in externis adeundis finibus vsus,
Victrici cupias quos domuisse manu.
Romanos rerum dominos credisne potitos
Aegypto, absq; acri cognitione loci?
Non ea inexpertis fuerat solertia, norant
Delitias terræ, Nile iocose, tuæ.
Norat ALEXANDER *Medos domiturus & Indos,*
India quidquid habet, Media quidquid habet.
Vt tercētenas errorib. expleat vrbes,
Oppidaq; aspiciat non sibi visa priùs,
Vsq; DIOGNETO *gnaro regiōis adhæsit,*
Longinquo vt referat tutus ab orbe pedē.
Sic bello assuetum, terraq; lociq; peritum
Fallere diuersæ non potuere viæ.
Mercator variis repetens compendia terris,
Ceu propriam nouit regna aliena domū.
Non dubitat sæuo geminare pericula pōto,
Sed per diuersos itq; reditq; lacus.
Scilicet haud aliter longo sunt cognita ab vsu
Illi, perpetua quàm via pressa rota.
Sacra fames auri trahit hunc, cupit ille suidus,
Ardēter mūdi totius esse caput.
Quem verò ad fructus animi cit Musa premiū legē
Maiores tanto in munere nouit opes.
Historia hac nixa est doctrina, vt dextra sinistra,
Historia humanæ docta magistra tribus.

Quisquis erit veterum cupidè qui scripta revoluet,
Vt lati mundi stemmata prima sciat.
Historias (si non priùs hæc cognouerit aptè)
Illoto dicat sese adiisse pede.
Ergo legas solers, quæ tradidit AETHICVS olim,
Pertexens pulchrum totius orbis opus.
Nam quia non cuivis peregrinas visere terras
Cõtigit, huicq; malo plurima causa subest:
Aut nos paupertas vitæ traducit inerti,
Aut mala quæ secum terra aliena trahit.
Nec cælum, nec aquæ prosunt, nec terra, nec auræ,
Vtilis haud cibus est, nec dom⁹ apta satis.
Quæ tibi præsenti licet haud cõtingere sano
Corpore, sunt animo cuncta videnda tuo.
Haud minus agnosces, quàm si tibi visa fuisset
Vltima, & à terrâ terra remota tua.
At sis SIMLERI gratúsq; æquúsq; labori,
Qui tantæ reserat commoditatis iter.
Quæq; diu miserè tenebris adoperta latebãt,
In lucem summa sedulitate vocat.
Viue diu, & pectus Musis excultus honestis,
Dona feras votis vberiora tuis.

Aethi-

ÆTHICI COSMOGRAPHIA.

LECTIONVM PERvigili cura comperimus, Senatum populúmq; Romanum totius mūdi dominos, domitores orbis & præsules: qui cùm quicquid subiacet cælo, penetrarent triumphis, omnem terram Oceani lymbo circumdatam invenerunt, atq; eam ne incognitam posteris reliquissent, subiugatum virtute sua orbem totum quâ terra protēditur, proprio limite signauerunt: & ne diuinam eorum mentem omnium rerum magistrā aliquid præteriret, quam vicerant, quadripartito cæli cardine investigarunt, & intellectu æthereo totum, quod ab Oceano cingitur, tres partes esse dixerunt, Asiam, Europam & Africam reputantes. Sed hinc magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res diuinas* evidentiùs agnouerunt, duas tantùm partes accipiendas suadent, id est, Asiam & Europam tantummodó. Africam verò censent Europæ finibus deputandam. Et revera hoc ita esse evidenti documēto monstratur:

quia non solùm venenorũ malè altrix terra partem habet spacij, verumetiam est & cæli adverso sydere plus destituta. Nam qui illam partem tertiam vocauerunt, non vt æqualem inclitis precellẽtibúsq; posuerunt: sed i situ pessimo, languidam ardoribus suis, in extremo positam, ab optimis secarunt: non diuisionis merito: sed sicvt incisa suis fluctibus inveniter. Itaq; Iulius Cæsar, bissextilis rationis inventor. diuinis humanísq; rebus singulariter instrvctus, cùm consulatus sui fasces erigeret, ex senatusconsulto censuit omnem orbem iam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, & omni Philosophiæ munere decoratos. Ergo à Iulio Cæsare & M. Antonio C O S S. orbis terrarum metiri cœpit, id est, à cõsulatu suprascripti vsq; ad consulatum Augusti tertium & Crassi, annis XXI. *mensibus* V. *diebus* VIIII. *Zenodoxo omnis Oriens dimensus est, sicvt inferiùs demonstratur. A consulatu item Iulij Cæsaris & M. Antonij vsq; in consulatum Augusti decimũ annis* XXIX. *mensibus* VIII. *diebus* X. *à Theodoto septentrionalis pars dimensa est, vt evidenter ostenditur. A consulatu similiter Iulij Cæsaris vsque in consulatum Saturni & Cinnæ à Polyclito meridiana pars dimensa est annis* XXXII. *mẽse* I. *diebus* X. *sicvt definita monstratur.*

ſtratur. Ac ſic omnis orbis terræ intra annos XXXII. *à dimenſoribus peragratus eſt, & de omni eius continentia perlatum eſt ad Senatum.*

OMNIS TERRÆ Orbis habet

Maria XXX.
Inſulas LXXII.
Montes XL.
Provincias LXXVIII.
Oppida CCCLXX.
Flumina LVII.
Gentes, quæ numerantur CXXV.

Ex his OCEANI ORIENTALIS pars habet

Maria IIX.
Inſulas IX.
Montes VII.
Provincias X.
Oppida LXV.
Flumina XXII.
Gentes LI. *Ita:*

Oceanus Orientalis hæc habet MARIA:

Mare *Caſpium**,
Mare *Perſicum*,
Mare *Tyberiadis*,
Mare *Aſphaltones*,

Mare Rubrum,*	*dicunt.*
Mare Arabicũ: quem sinum Arabicum	*Mare Carpathium,*
	Mare Myrtoum.*

Oceani orientalis famosæ INSVLAE sunt:

Hippopodes, Taprobana, Sylephantinæ, Theros, Cypros, Rhodos, Chytera, Creta, Carpathus.*

Oceani orientalis famosi MONTES sunt:

Caucasus, Armenius, Caumestes, Sina, Bodian*, Libanus, Cassius.*

Oceani orientalis famosæ PROVINCIAE sunt:

Persis, India, Isauria, Adonis, Phœnice, Mesopotamia Syriæ, Palæstina, Commagena, Syria Apamæa, Media Syria.*

Ocea-

Oceani Orientalis famosa OPPIDA sunt:

Byzantium,	*Salphamie*,*
Babylonia,	*Chaldæa,*
Hierusalem,	*Eudæmona*,*
Antiochia,	*Nabathei,*
Nicæa,	*Sabæi,*
Thessalonica,	*Mache*,*
Teriades,	*Persipolis,*
Sigoton,*	*Seres magnum,*
Palibotra,	*Anisauge*,*
Alexandropolis,	*Susiani,*
Adlenitæ,*	*Persis*,*
Colche,*	*Filinei*,*
Patale,*	*Adiabæ*,*
Patalate,*	*Charta*,*
Tharsis,	*Nisibi,*
Talloni,*	*Aruæi,*
Copretes,*	*Alexandria,*
Carmeniæ,*	*Commagena,*
Ostraciæ,*	*Palmira,*
Aetergitæ,*	*Damascus,*
Falsagadæ,*	*Iordanis,*
Ariduli,	*Eliopolis,*
Tharchi,*	*Apamea,*
Sciuethei,	*Daphen*,*
Cumi,*	*Laodichia,*
Damphe,*	*Biblos,*

Biritos,
Mopsi,*
Namsamon,
Naeten,
Onarmarites,
Sabastes,
Amphimoli,*
Pyrrhenum,*
Eleusinum,*
Coptis,
Mitylenæ,
Lampsacum,
Lignido,*
Corinthus.

Oceani Orientalis FLVMINA sunt:

Theriodes,*
Exos,
Figoton,
Ganges,
Camestes,
Fluuius Sigota,
Hydaspes,*
Euphrates,*
Armodius,
Carmanta,
Cortachia,
Susa,*
Chrysorhoas,*
Tigris,*
Alibotra,*
Odiopagite,
Auxius,*
Pactolus,
Chrysos,
Eleuther,
Adonis,
Iordanis. *Hæc sunt flumina Oceani orietalis, quæ superiùs continentur. Tamen ne diligens eorum ortus, cursus mersúsq; requirat lector studiosus, etiam illud quàm potero breuiter demonstrabo, rursúsq; ad initium fluminum suprà scriptorum reuertens, ita:*

Fluuius THERIODES* *nascitur ex tribus*

tribus locis in campis Scythicis, & vnus effe-ctus circuit milia DCCCCXLII. *& ingreditur in mare Caspium.*

Fluuius EXOS *nascitur de monte aumeste: in quinq; alueos diuiditur, & transeunt omnes per montem Caucasum, qui locus appellatur Scleantes* *: *fundunt se in flumen magnum, qui appellatur Ganges: hic eos excipiēs currit milia* DCXXVI *mergitur in mare Oceani orientalis sub insula, quæ appellatur Solis.*

Fluuius FIGOTON *nascitur de monte Caucaso, & geminatur, & facit coronā, & montem occupat suprascriptum, & occurrit ei ex vna parte eius montis fluuius Nestesanes. & ad illa quinq; flumina, quæ dicta sunt superiùs, fluuius Seliantes per ea torrens transit, ita vt nec illorum aqua nec istius superuenientis misceri videantur: & omnes iter suum agentes, reuertūtur ad eandem coronam, vnde sparsi diuidebantur, & iterum ad vnum reuertuntur: & ante eos exit fluuius Ganges, cui adiungitur alius cum capitibus quinq; quæ reliquerat.*

Fluuius SIGOTA *ex alia parte montis Caucasi nascitur: hic etiam se ad vnum iungēs effectus vnus de octo, occurrit ei Ganges, qui & Padus dicitur: itemq; duo alij occurrunt anonymi & effecti decem, transeūt*

ad oppida Palatæ & Patalitæ, & post omnes decem vnum faciunt fluuium. Vnde constat Gangem decem fluminibus adimpleri qui in superioribus partibus Sigota vocatur, quoniam de vna nympha meant. Currit vndecies quadringenta quinquaginta tria milia, sexcentos trieras, vnum passum: egeritur in mare Oceani orientalis ad insulam Sylephantinam.

Fluuius HYDASPES *nascitur in campis Indorum tribus crinibus*: hic se cominus advnans, vnus efficitur, & inundans omnem regionem Indorum, currit milia* DCCCXIIII. *& immergit se Oceano orientali.*

Fluuius EVPHRATES* *nascitur in campis Indiæ, & discurrens per eandem prouinciam, currit milia* DCXII. *& infundit se mari Oceano orientali sub insula Theron*.*

Fluuius ARMODIVS *nascitur in Aethiopia: inlustrans regionem Adonis & Mesopotamiam, currit milia* DCCXXIIII. *& accipitur sinu Persico.*

Fluuius CARMANTA *nascitur in campis Commagenæ: currit milia* DCLXXIII. *idem etiam in sinum Persicum excipitur.*

Fluuius CORTACHIA *prouinciæ Mediæ nascitur in campis Arabicis: currit milia*

milia DCCCCXVIII. *& ingreditur sinum Persicum.*

Fluuius SVSA* *in Media prouincia nascitur bicornius: efficitur vnus: currit milia* DIIII. *descendit in sinum Persicum.*

Fluuius CHRYSORHOAS* *nascitur in campis Assyriis de monte Caucaso: vicinatur & ei Tygris fluuius.*

Fluuius TYGRIS* *etiam ipse de monte Caucaso, quasi visitur natus: cùm æstiuis temporibus sub humo eum desuper Aethiopiam currere ex viriditate superni cespitis prodatur: fluuius subditus latenter erumpit, & ab hoc ortus eius non comprehẽditur, quoniam de obscuritate promitur. nam ambo includunt Cordubennam* oppidum, & ad vnum redacti, magnam faciunt coronam, vt etiam alia oppida includant, & Thesiphon & Seleuciam, currentes milia* DCCCLXXXII. *immerguntur ad Auge oppidum, quod est in sinu Persico.*

Fluuius ALIBOTRA* *nascitur ex monte Lysæo: currit milia* DCCXVI. *immergitur in orientalem Oceanum.*

Flumina tria ODIOPAGITAE *dicta ex campis Indiæ nascuntur: currunt milia* CCII *& festinantes recipiuntur ab Oceano orientali.*

Fluuius AVXIVS* *nascitur de mon-*

te Armeno: transiens per montem Caucasum, ad Mesopotamiam pergit: in ea verò prouincia alius ei adiungitur fluuius

PACTOLVS, *qui dicitur ex ipso mōte Caucaso nasci, & effecti vnum per Parthos transeuntes eorū cursus congregant aquas. Ibi flumen Euphrates nomē accepit, & exinde se diffundens currit milia* DCCCLXXII. *& mergitur in sinum Persicum.*

Fluuius CHRYSOS *nascitur in campis Syriæ, peragrans omnes eius ciuitates, currit milia* DCCCXXX. *vergit se in Aegeum mare iuxta Cyprum insulam.*

Fluuius ELEVTHER *nascitur in cāpis Syriæ: currit millia* DCXXX. *recondit se in Aegeo mari sub insula Cypro.*

Fluuius ADONIS *nascitur prope Tyberiaden: currit milia* DCCCLXIII. *& latè diffusus in mare* Adriaticum *excipitur contra insulam Cretam.*

Fluuius IORDANIS *nascitur sub Libano monte: circumpergit ad lacum Tyberiadem: de quo exiens suo cursu occurrit ad Scythopolim, quam secans mediā, & ab ea exiens effunditur mari Mortuo.*

Oceanus Orientalis habet GENTES:

Persas,	*Græcos,*

Scy-

Scythas:
Antropophagi,
ſauri,
Beſsi,
Saraceni,
Indi,
Iſquitei,
Cummi,
Suroitani,
Deruicæ,*
Paſsitæ,*
Paroſmi,
Anaitacæ,*
Geloni,
Caraſmi,*
Maſſagetæ,
Paroparſoſiani,*
Dacriani,*
Draumedæ,
Spircentes,
Vamuoti,
Arogoti,*
Aciani,*
Oroceni,*
Anidroſi,*
Arabi,*
Sitticeni,*
Armodiæ,
Hictiopagi,
Parthi,
Idumæi,
Hieormices,
Cattigauci,*
Ceriſsi,*
Vſippi,
Quadi,
Vaccæi,*
Vardæi,*
Eriſiones,
Canniſates,
Allobroges,
Alaudes,
Ruthreni,
Theothoni,
Cymbri,
Antequini,*
Cœnomanni,
Odicenſes,
Velhadi.

OCCIDENTALIS OCEANI SITVS.

Oceani occidentalis continentia habet

Maria XI.
Insulas XVI.
Montes XVI.
Provincias XXXVI.
Oppida CXXVIII.
Flumina XIII.
Gentes XLIIII. *Ita*

Oceani occidentalis MARIA sunt:

Mare Tyrrhenum,
Mare Adriaticum,
Mare Orcadum,
Mare Gaditanum.

Item huc pertinent Maria,

Ionicũ & Aegeum,
Mare Lautades,*
Mare Tillae,
Mare Britanni,*
Mare Columnas,
Herculis fretum,

Oceani occidentalis famosæ INSVLAE sunt:

Hyberus,*
Meuania,
Britannia,
Heboso,*
Balearis minor,
Corsica,

Orca

Orcades,	*Matronæ*,*
Illyricum,*	*Fiotiæ*,*
Noricum,*	*Martianæ,*
Ingeonici,*	*Iuliæ*,*
Histrici,*	*Smingaule.*

Oceanus occidentalis habet famosos MONTES:

Trienum,*	*Marsos,*
Alpes plurimas,	*Taburnum,*
Appenninum,	*Cyminum,*
Balearem,	*Soractina*,*
Emum,	*Olympum,*
Rhodopem,	*Ocranum,*
Albanum,	*Tarinum*,*
Pyrenæum,	*Ficla.*

Oceanus occidentalis habet PROVINCIAS:

Italiam,	*Galliam belgicam,*
Hispaniam,	*Galliam brachatam,*
Bethicam,	*Galliam comatam,*
Lusitaniam,	*Galliam togatam,*
Galliciam,	*Galliam cisalpinā*,*
Aquitaniam,	*Galliā transalpinam,*
Britanniam,	*Pannoniam,*
Germaniam,	*Rhetiam,*

Ciatres *,
Etruriam,
Vmbriam,
Picenum,
Liburniam,
Dalmatiam,
Illyricum,
Noricum,
Venetias,
Aemileam,
Semigallias *,
Sabinas,
Samnium,
Campaniam,
Brutios,
Lucaniam,
Apuliam,
Calabriam,
Hadriæ.

Oceanus occidentalis habet famoſa OPPIDA:

Rauennam,
Aquileiam,
Mediolanum,
Arelatum,
Ticinum,
Ariminum,
Calpos *,
Calpis *,
Cordubam,
Betones,
Toletum,
Bracaram,
Lucuſam,
Auguſtam,
Vacam,
Celtiberiam,
Cæſarea-Auguſtam,
Tarraconam,
Hiſpalin,
Cæſareacum,
Ambianis,
Tungri,
Agrippinam,
Triuerim,
Sirmium,
Senones,
Auguſtodunum,
Auguſta Nemetum,
Auguſta Taurinorũ,
Lugdunum,

Magon-

Magonciacum,	*Brigentionem,*
Viennam,	*Argentorato,*
Massiliam,	*Carnunto,*
Altinum,	*Sabariam,*
Veronam,	*Pœtauionem,*
*Taurinum *;*	*Bonameto,*
Vincentiam,	*Argentariam,*
Doronam,	*Sauromacum,*
Henemonam,	*Nemausum,*
Cremonam,	*Dorocordoros,*
Patauiam,	*Amambriam,*
Brixiam,	*Sanctones,*
Dertonam,	*Lingones,*
Concordiam,	*Menapum,*
Mantuam,	*Betos,*
Vercellis,	*Nepe,*
Laude,	*Sutrium,*
Mutinam,	*Bleram,*
Fauentiam,	*Forum Veassi *,*
Iader,	*Forum Semproniȷ,*
Salone,	*Forum populi *,*
Bregantium,	*Forum Corneliȷ,*
Laiser,	*Forum Flamminiȷ,*
Viminatium,	*Forum nouum,*
*Peice *,*	*Forum subuerte,*
Singidunum,	*Spolitium,*
*Nursiam *:*	*Narniam,*
Sisciam,	*Interamnam,*
Auincum,	*Bulsinis,*

Aretium,
Penetre,*
Cumulo-mutuſco,
Aquino,
Abellino,
Teleſe,
Albano,
Aritiam,
Corae,
Bellitras,
Terracinam,
Antium,
Hoſtiam,
Fundis,
Formias,
Venturnas,
Capuam,
Neapolim,
Ardeam,
Cumas,
Acerras,
Nolam,
Caudi,
Beneuentum,
Ecas,*
Erdonam,
Aufidenam,
Sulmonam,
Venafri,
Luceriam,
Nuceriam,
Arpos,
Corfinios,
Lupias,
Tarentum,
Odrunto,
Canuſium,
Marcellianum,*
Salernum.

Oceani occidentalis FLVMINA ſunt:

Betis,
Tagus,
Minius,
Hyberus,
Ararus,
Rhodanus,
Garumna,
Geon,
Bicornius,
Danubius,

Draus

Draus, *Trimon,*
Suanus, *Tyberis.* *Hæc sunt flumina Oceani occidentalis famosa. Nam si eius flumina omnia requirantur, nec charta, nec manus sufficeret. Tamen ne nominatorum fluminum etiam in hac parte ortus, cursus, occasúsq; requirat diligentia solers lectoris, etiam in hoc satisfacere procurabo, paulisper ad eorum initium recurrẽs, singula suo ordine monstraturus, ita:*

Fluuius BETIS *nascitur in campis Hispaniæ: currit milia* CCCCX. *in Oceanum occidentalem suscipitur.*

Fluuius TAGVS *nascitur in campis Hispaniæ: currit milia* CCCII. *occidit in Oceano occidentali.*

Fluuius MINIVS *nascitur prope Pyrenæum: in rotunditatem vertitur, vt* Brigantium *oppidum maritimum includat: currit milia* CCCX. *& sic in Oceano occidentali recipitur.*

Fluuius HYBERVS *nascitur sub radicibus mõtis* Pyrenæi *: currit milia* CCIIII. *infundit se occidentali Oceano.*

Fluuius ARARIS *nascitur à* Pœtauione* *veniens relicta cauda ortus sui: statim ei fluuius*

RHODANVS *occurrit, & simul vnum faciunt: in mare ingrediuntur egressi*

Arelatum. Sed hunc, quem fluuium Bi*cornium diximus,ante coniunctionem* Rho*dani in supernis aliud nomen accepit præter* Bicornium. *nam in prouincia* Germa*nia fluuius* Rhenus *dicitur, alibi, vt diximus,* Bicornius: *alibi fluuius* Araris *appellatur.* Ita *ergo hic fluuius tribus nominibus nuncupatur,cùm sit vnus & dimidius. quòd* Araris, *vt suprà diximus,ducit à mari* Pœtauionensi *vsq; ad mare* Tyrrhenum *contra insulas* Baleares: *eius autem medietas habet aculeum pertortuosum* Lugduno, *vbi nascitur.* Vbi *autem inruit, vtrùm in* Oceanum *occidentis, an in mare* Tyrrhe*num, in præsente potest videri, quia ab aqua ad aquam videtur currere: pergit milia* DCCCLII.

Fluuius RHODANVS* *nascitur in medio campo* Galliarum, *& occurrit ei* Bi*cornius suprà dictus cursu mensúq; quo diximus.*

Fluuius GARVMNA *nascitur in campis* Aquitaniæ: *currit milia* CCVII, *influit Oceano occidentali.*

Fluuius GEON* *nascitur in Galliarum campis: influit Oceano occidentali: currit milia* CCCCII.

Fluuius, *qui* BICORNIVS *dicitur, nascitur in cāpis* Germaniæ: *inundās eandem*

dẽ regionẽ à Petabio: currit milia CCCCII.

Fluuius DANVBIVS *nascitur ex Alpibus: procedens geminatur, & effecti duo, i.* Danubius &

DRAVS, *includunt intra se Pannoniarũ plurimas ciuitates, id est,* Acinttum, *Precetionem, Carnuntum & Seueriam, & redeunt in vnum, qui fuerant duo: & per non paruum adnati, currunt per longam rotunditatem, quæ rotunditas etiam oppidum Peuce includit, & ex ipso fluminali circulo septem crines fluminum procedunt infundentes se in Pontum. Ergo cõstat Danubium exeuntem de Alpibus in proximo Draum edere, sed vnus diffunditur per crinès suprà scriptos: currit milia* DC.

Fluuius SVANVS* *nascitur in Norico de monte Alpion currens in campus in modicam rotunditatem: concludit se in modum visionis amigdalæ, & iterum se circumactus per Sirmium oppidum & Singidunum coloniam, iungit se Danubio ad locum Mursæ oppidi: & omnes simul in Pontum ingrediuntur, & vocatur fluuius Ister. Apparet autem Danubium & Draum & Margum simul in Pontum emergere: currũt vndecies nongenta octoginta milia.*

Fluuius TRIMON* *nascitur in campis Dardaniæ: currit milia* DCCCCVII.

influit in Aegeum mare.

Fluuiorum rex pulcher TYBERIS, *cui primatũ æternæ vrbis Romæ singularis tribuit magnitudo, nascitur ex monte Apennino: currit milia* CCCC. *per Vrbẽ sacram geminatur, & facit insulã regioni quartædecimæ, vbi duo pontes appellantur. Pòst iterum vbi vnus effectus per pontem Lepidi, qui nunc abvsiuè à plebe Lapideus dicitur, iuxta forum boarium, quem Cacum dicũt, transiens, advnatur, gratissimo sono depictus verticibus suorum turbinum, & maritimas naues suscipiens, & mediterraneas adducens, de Etruria, vel Sabinis, ingressus per diui Apostoli Petri portã, intra Ostiensem portam, quæ est diui Pauli Apostoli, & viam Portuensem, quæ est sancti Fœlicis martyris, vrbem egreditur, quâ naues de portu vrbis ad dominam totius mundi Romam ascendunt. Hîc iterum circa sextum Philippi, quod Prædium missale appellatur, geminatur & in duobus ex vno effectus, insulam facit inter portam Vrbis & Ostiam ciuitatem, vbi Populus Romanus cum Vrbis præfecto, vel cõsulę Castorũ celebrandorũ* * *causa egreditur solennitate iucunda. Insula verò, quam facit intra Vrbis portum & Ostiam ciuitatem, tantæ viriditatis amœnitatísq; est, vt neq; æstiuis mensibus, neque*

hyema-

*ryemalibus pasturæ admirabiles herbas de-
habeat: ita autem vernali tempore rosa,
vel cæteris floribus adimpletur, vt præ ni-
mietate sui odoris & floris insula ipsa Liba-
nus almæ Veneris nuncupetur.*

Oceanus occidentalis habet GENTES:

Gothos,
Thuringos,
Herulos,
Sarmatas,
Marcomannos,
Longobardos,
Sueuos,
Alanos,
Francos,
Alamannos,
Tolosantes,
*Gētes** VIIII. *Populum* Narbonēsem, *qui sunt gentes* VIIII.
Milita marino,*
Ritianum,*
Morinos,
Amsibarios,
Langiones,
Burgundiones,
Gippidas,*
Armolaos,
Manianos,
Quadiwastos,
Necapidulos,
Hettios,
Gypæos,
Hunos,
Saturianos,
Franciscanos,*
Rugos,
Hasmos, vel Hamos:
Varros,
Tungros,
Basternas,
Carpicotos,
Senatum populūmq; Romanū *gentémque togatam.*

OCEANI SE-PTENTRIONALIS SITVS.

Oceanus ſeptentrionalis habet

Maria IX.
Inſulas XXIIII.
Montes XI.
Provincias XII.
Oppida L.
Flumina XIX.
Gentes XXVIIII.

Oceani ſeptentrionalis MARIA ſunt hæc:

Hirtilum,*
Pontum,
Mare Mæotis,
Bosforus,
*Mare phores *,*
Cymericum,
Mare Thracium,
Propontidis,
Boſphoron.

Oceanus ſeptentrionalis habet famoſas INSVLAS:

Cyclades, & cũ his alias* II.
Ebogea, vel Eubogea,
Delos,
Ippopodes,
Rhodos,
*Cypros *,*
*Item Cypros *, vel Paphos,*
Paphies.*

Ocea-

Oceanus ſeptentrionalis famoſos MONTES habet:

Hyperboreum,	*Germania minor*,*
Ryphæum,	*Euodum*,*
Hipanim,	*Aethnam,*
Caucaſum,	*Cauinaſtes*,*
Hemum,	*Gratus*.*
Taurum,	

Oceanus ſeptentrionalis habet PROVINCIAS:

Macedoniam,	*Bithyniam,*
Achaiam,	*Lydiam,*
Aſiam,	*Pamphiliam,*
Lyciam,	*Cappadociam,*
Galatiam,	*Thracias,*
Paphlagoniam,	*Armeniam minorem,*

Oceanus ſeptentrionalis habet famoſa OPPIDA L.

Heracliam,	*Nicomediam,*
Serdiceam,	*Hamiſos,*
Peliam,*	*Commani,*
Theſſalonicam,	*Tharſos,*
Birithos,	*Pompeiopolin,*
Chalcedonam,	*Olympos,*

*Cybariam *,*
*Araxatam *,*
*Ticinum *,*
*Nuceriam *,*
*Sindi *,*
Tauriam,
*Sinde *,*
*Alexandricindus *,*
*Aeternaſos *,*
Milidos,
Epheſos,
*Cerciram *,*
Cœleſyrie, vel Cœliaſae,*
*Sextos *,*
*Quidicos *,*
Ilium,
Troiam,
Helide,
Troas,
Anterenon, vel Anteronon,
Nichiã, vel Nicheam,
*Tariſſam *,*
Focis,
Cirram,
Deleis,
Botroton,
Acroceraunium,
Dyrrachium,
Athaenæ,
Brithothae,
Iſcion,
Arce,
*Theceas *,*
Maleon,
Candiacam,
Philopolis,
Chryſopolis,
*Eliopolis *.*

Oceanus ſeptentrionalis habet FLVMINA:

*Thanain *,*
Boryſthenen,
Mæotidem,
Nain,
Theſimon,
Faſsin,
Choreſtem,
Timnim,
Gaddum,
*Peramos *,*
*Percium *,*
Acheloum,

Alpheum, *Meandrum,*
Eurotas, *Surum,*
Rudacum, *Hasdrubelam.* Hæc
Hermunam, *sunt flumina Oceani Septentrionalis : tamen ne quis etiam in his ortus,cursus , occasúsq; requirat , paulisper ad eorum regressus exordiũ, dicere non morabor.*

Fluuius THANAIS *nascitur de monte* Hyperboreo , *quâ sunt* Riphæi *in monte Surdo***: fluit in paludibus* Mæotidis *: currit milia* DCLIIII.

Fluuius BORYSTHENES *nascitur de monte* Hyperboreo *: influit in* Pontum*: currit milia* CCX.

Fluuius MAEOTIS *nascitur de monte* Spano*: influit in mare* Mæotis *: currit milia* CCIIII.

Fluuius NAIS *nascitur de monte* Tauro*: influit in mare* Ponticum *: currit miliæ* CCV,*vel* CCCV.

Fluuius THESIMON *nascitur de monte* Caucaso,*&* egeritur *in mare* Ponticum*: currit milia* CCX.

Fluuius FASSIS *nascitur in campis sub monte* Caucaso*:egeritur in mare* Ponticum*: currit milia* CCCV.

Fluuius CHORESTES *nascitur de monte* Tauro*: fluit in mare* Tyrrhenum, *v-*

bi est insula Rhodos. *currit milia* DCCCXV.

Fluuius TIMNIS *nascitur de monte* Tauro: *fluit in mare* Tyrrhenum *ad* Cycladas: *currit milia* CCCCXXII.

Fluuius GADDVS *nascitur de monte* Tauro: *influit in mare* Cycladum: *currit milia* CCXXX.

Fluuius SPIRAMOS* *nascitur de mõte* Tauro: *influit in mare* Adriaticũ *contra insulam* Cyprum: *currit milia* CCCXXII.

Fluuius PERCIVS* *nascitur de monte* Ida Macedoniæ *prouinciæ: influit in mare* Aegeum: *currit milia* DCII.

Fluuius ACHELOVS *nascitur in cãpis* Epiri: *influit in mare* Ionicum: *currit milia* DCCXC.

Fluuius ALPHEVS *nascitur in cãpis* Achaiæ. *influit in mare* Tyrrhenum: *currit milia* CCCCLXX.

Fluuius EVROTAS *nascitur in campis* Phrygiæ: *influit in mare* Hellespontum: *currit milia* CCCC.

Fluuius RVDACVS *nascitur in campis* Syriæ: *influit in mare* Hellespontum: *currit milia* CCCC.

Fluuius HERMVNAS *nascitur in campis* Asiæ: *influit in mare* Cycladum: *currit milia* DIX.

Fluuius MEANDRVS *nascitur in cã-*

pis

pis Asiaticis, bicornius: currit, quasi sint duo redigentes se in vnum: influit in mare Cycladum: currit milia DCCCCXCVII.

Fluuius SVRVS *nascitur in cãpis Pamphiliæ: per anfractus tortuosos influit in mare insulæ Rhodos: currit milia* CCCCXXII.

Fluuius ASDRVBELA *nascitur de monte Boduo: influit in mare Caspium irrumpens montem Caucasum: currit milia* CCCXVI.

Oceanus septentrionalis habet GENTES:

Scythas,	*Leucofirimanes,*
Nabonas,*	*Fosfulgoritas*,*
Staastenes,	*Scytheicumos,*
Madeos,*	*Deruicas*,*
Sauromatas,*	*Rasicas*,*
Ecatas,*	*Seres,*
Eunicos,*	*Terimodes,*
Colchos,	*Anartices,*
Phasias,	*Corasmias,*
Barbaros albos,*	*Massagetas,*
Ignobiles,	*Baropenissos,*
Thesmonos,	*Sogatonos,*
Roddacos,	*Bactrianos,*
Xantibbos,	*Tauromedas.*
Symoes,	

OCEANI MERIDIANI continentia.

Oceanus meridianus habet

Maria II.
Insulas XVII.
Montes VI.
Provincias XII.
Oppida LXIIII.
Flumina II.
Gentes Mazices multas.

Oceanus Meridianus habet MARIA:

Mare Carpathium & Tyrrhenum.

Oceani meridiani INSULAE sunt:

Sicilia,
Pontia,
Carpatos,
Pantatoria,*
Sardinia,
Corsica,
Galata,
Capraria,*
Fortunatæ,*
Egilio,
Cosrosa,*
Inara,*
Syrtis maior,
Loci Capri,*
Syrtis minor,
Catabathmon,*
Girbe.*

Ocea-

Oceani meridiani MONTES ſunt:

Pyramides,
Peronicæ,
Panteus, vel Pãceus.
Perratus,*
Athlas,
Corueſſa, vel Coruena.

Oceanus meridianus habet PROVINCIAS*,

Aegyptum,
Aethiopiam,
Africam,
Getuliam,
Leugi,
Numidiam,
Libyam,
Pentapolim,
Tripolim,
Mauritaniã-Cæſareã,
Mauritaniam-Sitifenſem.

Oceanus meridianus habet OPPIDA:

Arabiam,*
Nitiobres,*
Foſſam Traiani,
Thebeas,*
Thebais,*
Beronicen,
Ammon,
Tholomaidis,
Cyrenæ,
Fileno,
Naretae,
Oea,
Rabratam, vel Sabratam,
Leptis magnam,
Thacapas,
Diſdum,*
Thenis,

te Armeno: transiens per montem Caucasum, ad Mesopotamiam pergit: in ea verò provincia alius ei adiungitur fluuius

PACTOLVS, qui dicitur ex ipso mōte Caucaso nasci, & effecti vnum per Parthos transeuntes eorū cursus congregant aquas. Ibi flumen Euphrates nomē accepit, & exinde se diffundens currit milia DCCCLXXII. & mergitur in sinum Persicum.

Fluuius CHRYSOS nascitur in campis Syriæ, peragrans omnes eius ciuitates, currit milia DCCCXXX. vergit se in Aegeum mare iuxta Cyprum insulam.

Fluuius ELEVTHER nascitur in cāpis Syriæ: currit millia DCXXX. recondit se in Aegeo mari sub insula Cypro.

Fluuius ADONIS nascitur prope Tyberiaden: currit milia DCCCLXIII. & latè diffusus in mare Adriaticum excipitur contra insulam Cretam.

Fluuius IORDANIS nascitur sub Libano monte: circumpergit ad lacum Tyberiadem: de quo exiens suo cursu occurrit ad Scythopolim, quam secans mediā, & ab ea exiens effunditur mari Mortuo.

Oceanus Orientalis habet GENTES:

Persas, *Græcos,*

Scy-

Scythas:
Antropophagi,
Isauri,
Bessi,
Saraceni,
Indi,
Isquitei,
Cummi,
Suroitani,
Deruicæ,*
Passitæ,*
Parosmi,
Anaitacæ,*
Geloni,
Carasmi,*
Massagetæ,
Paroparsesiani,*
Dacriani,*
Draumedæ,
Spircentes,
Vamuoti,
Arogoti,*
Aciani,*
Oroceni,*
Anidrosi,*
Arabi,*
Sitticeni,*
Armodiæ,
Hictiopagi,
Parthi,
Idumæi,
Hieormices,
Cattigauci,*
Cerissi,*
Vsippi,
Quadi,
Vaccæi,*
Vardæi,*
Erisiones,
Cannifates,
Allobroges,
Alaudes,
Ruthreni,
Theothoni,
Cymbri,
Antequini,*
Cœnomanni,
Odicenses,
Velhadi.

OCCIDENTALIS OCEANI SITVS.

Oceani occidentalis continentia habet

Maria XI.
Insulas XVI.
Montes XVI.
Provincias XXXVI.
Oppida CXXVIII.
Flumina XIII.
Gentes XLIIII. *Ita:*

Oceani occidentalis MARIA ſunt:

Mare Tyrrhenum,
Mare Adriaticum,
Mare Orcadum,
Mare Gaditanum.

Item huc pertinent Maria,

Ionicũ & Aegeum,
*Mare Lautades**,
Mare Tillae,
*Mare Britanni**,
Mare Columnas,
Herculis fretum,

Oceani occidentalis famoſæ INSVLAE ſunt:

*Hyberus**,
Meuania,
Britannia,
*Heboſo**,
Balearis minor,
Corſica,

Orca-

Orcades,	*Matronæ*,*
Illyricum,*	*Fiotiæ*,*
Noricum,*	*Martianæ,*
Ingeonici,*	*Iuliæ*,*
Histrici,*	*Smingaule.*

Oceanus occidentalis habet famosos MONTES:

Trienum,*	*Marsos,*
Alpes plurimas,	*Taburnum,*
Appenninum,	*Cyminum,*
Balearem,	*Soractina*,*
Emum,	*Olympum,*
Rhodopem,	*Ocranum,*
Albanum,	*Tarinum*,*
Pyrenæum,	*Ficla.*

Oceanus occidentalis habet PROVINCIAS:

Italiam,	*Galliam belgicam,*
Hispaniam,	*Galliam brachatam,*
Bethicam,	*Galliam comatam,*
Lusitaniam,	*Galliam togatam,*
Galliciam,	*Galliam cisalpinã*,*
Aquitaniam,	*Galliã transalpinam,*
Britanniam,	*Pannoniam,*
Germaniam,	*Rhetiam,*

Ciatres *,
Etruriam,
Vmbriam,
Picenum,
Liburniam,
Dalmatiam,
Illyricum,
Naricum,
Venetias,
Aemileam,
Semigallias *,
Sabinas,
Samnium,
Campaniam,
Brutios,
Lucaniam,
Apuliam,
Calabriam,
Hadriæ.

Oceanus occidentalis habet famosa OPPIDA:

Rauennam,
Aquileiam,
Mediolanum,
Arelatum,
Ticinum,
Ariminum,
Calpos *,
Calpis *,
Cordubam,
Betones,
Toletum,
Bracaram,
Lucusam,
Augustam,
Vacam,
Celtiberiam,
Cæsarea-Augustam,
Tarraconam,
Hispalin,
Cæsareacum,
Ambianis,
Tungri,
Agrippinam,
Triuerim,
Sirmium,
Senones,
Augustodunum,
Augusta Nemetum,
Augusta Taurinorũ,
Lugdunum,

Magon-

Magonciacum,
Viennam,
Maſsiliam,
Altinum,
Veronam,
*Taurinum *.*
Vincentiam,
Doronam,
Henemonam,
Cremonam,
Patauiam,
Brixiam,
Dertonam,
Concordiam,
Mantuam,
Vercellis,
Laude,
Mutinam,
Fauentiam,
Iader,
Salone,
Bregantium,
Laiſer,
Viminatium,
*Peice *,*
Singidunum,
*Nuſiam *:*
Siſciam,
Auincum.
Brigentionem,
Argentorato,
Carnunto,
Sabariam,
Pœtauionem,
Bonameto,
Argentariam,
Sauromacum,
Nemauſum,
Dorocordoros,
Amambriam,
Sanctones,
Lingones,
Menapum,
Betos,
Nepe,
Sutrium,
Bleram,
*Forum Veaſsi *,*
Forum Sempronij,
*Forum populi *,*
Forum Cornelij,
Forum Flamminij,
Forum nouum,
Forum ſubuerte,
Spolitium,
Narniam,
Interamnam,
Bulſinis,

Aretium,
Penetre,*
Cumulo-mutuſco,
Aquino,
Abellino,
Teleſe,
Albano,
Aritiam,
Corae,
Bellitras,
Terracinam,
Antium,
Hoſtiam,
Fundis,
Formias,
Venturnas,
Capuam,
Neapolim,
Ardeam,
Cumas,
Acerras,
Nolam,
Caudi,
Beneuentum,
Ecas,*
Erdonam,
Aufidenam,
Sulmonam,
Venafri,
Luceriam,
Nuceriam,
Arpos,
Corfinios,
Lupias,
Tarentum,
Odrunto,
Canuſium,
Marcellianum,*
Salernum.

Oceani occidentalis FLVMINA ſunt:

Betis,
Tagus,
Minius,
Hyberus,
Ararus,
Rhodanus,
Garumna,
Geon,
Bicornius,
Danubius,

Draus,

Draus, Trimon,
Suanus, Tyberis. *Hæc sunt flumina Oceani occidentalis famosa. Nam si eius flumina omnia requirantur, nec charta, nec manus sufficeret. Tamen ne nominatorum fluminum etiam in hac parte ortus, cursus, occasúsq; requirat diligentia solers lectoris, etiam in hoc satisfacere procurabo, paulisper ad eorum initium recurrẽs, singula suo ordine monstraturus, ita:*

Fluuius BETIS *nascitur in campis Hispaniæ: currit milia* CCCCX. *in Oceanum occidentalem suscipitur.*

Fluuius TAGVS *nascitur in campis Hispaniæ: currit milia* CCCII. *óccidit in Oceano occidentali.*

Fluuius MINIVS *nascitur prope Pyrenæum: in rotunditatem vertitur, vt Brigantium oppidum maritimum includat: currit milia* CCCX. *& sic in Oceano occidentali recipitur.*

Fluuius HYBERVS *nascitur sub radicibus mõtis Pyrenæi: currit milia* CCIIII. *infundit se occidentali Oceano.*

Fluuius ARARIS *nascitur à Pœtauione* veniens relicta cauda ortus sui: statim ei fluuius*

RHODANVS *occurrit, & simul vnum faciunt: in mare ingrediuntur egressi*

Arelatum. Sed hunc, quem fluuium Bi-*cornium diximus, ante coniunctionem* Rho-*dani in supernis aliud nomen accepit præter* Bicornium. *nam in provincia* Germa-*nia fluuius* Rhenus *dicitur, alibi, vt diximus,* Bicornius: *alibi fluuius* Araris *appellatur. Ita ergo hic fluuius tribus nominibus nuncupatur, cùm sit vnus & dimidius. quòd Araris, vt suprà diximus, ducit à mari* Pœtauionensi *vsq; ad mare* Tyrrhenum *contra insulas* Baleares: *eius autem medietas habet aculeum pertortuosum* Lugduno, *vbi nascitur. Vbi autem inruit, vtrùm in* Oceanum *occidentis, an in mare* Tyrrhe-*num, in præsente potest videri, quia ab aqua ad aquam videtur currere: pergit milia* DCCCLII.

Fluuius RHODANVS* *nascitur in medio campo* Galliarum, *& occurrit ei* Bi-*cornius suprà dictus cursu mersúq; quo diximus.*

Fluuius GARVMNA *nascitur in c*[...] *pis* Aquitaniæ: *currit milia* CCVII, *influi*[...] Oceano *occidentali.*

Fluuius GEON* *nascitur in* Gallia-*rum campis: influit* Oceano *occidentali currit milia* CCCCII.

Fluuius, qui BICORNIVS *dicitur nascitur in cāpis* Germaniæ: *in vndās ean*[...] *den*[...]

dē regionē à Vetabio: currit milia CCCCII.

Fluuius DANVBIVS nascitur ex Alpibus: procedens geminatur, & effecti duo, i. Danubius &

DRAVS, includunt intra se Pannoniarū plurimas ciuitates, id est, Acinttum, Precetionem, Carnuntum & Seuertam, & redeunt in vnum, qui fuerant duo: & per non paruum adunati, currunt per longam rotunditatem, quæ rotunditas etiam oppidum Peuce includit, & ex ipso fluminali circulo septem crines fluminum procedunt infundentes se in Pontum. Ergo cōstat Danubium exeuntem de Alpibus in proximo Draum edere, sed vnus diffunditur per crinès suprà scriptos: currit milia DC.

Fluuius SVANVS* nascitur in Norico de monte Alpion currens in campis in modicam rotunditatem: concludit se in modum visionis amigdalæ, & iterum se circumactus per Sirmium oppidum & Singidunum coloniam, iungit se Danubio ad locum Mursæ oppidi: & omnes simul in Pontum ingrediuntur, & vocatur fluuius Ister. Apparet autem Danubium & Draum & Margum simul in Pontum emergere: currūt vndecies nongenta octoginta milia.

Fluuius TRIMON* nascitur in campis Dardaniæ: currit milia DCCCCVII.

influit in Aegeum mare.

Fluuiorum rex pulcher TYBERIS, *cui primatũ æternæ vrbis Romæ singularis tribuit magnitudo., nascitur ex monte Apennino: currit milia* CCCC. *per Vrbẽ sacram geminatur, & facit insulã regioni quartædecimæ, vbi duo pontes appellantur. Pòst iterum vbi vnus effectus per pontem Lepidi, qui nunc ab vsiuè à plebe Lapideus dicitur, iuxta forum boarium, quem Cacum dicũt, transiens, advnatur, gratissimo sono depictus verticibus suorum turbinum, & maritimas naues suscipiens, & mediterraneas adducens, de Etruria, vel Sabinis, ingressus per diui Apostoli Petri portã, intra Ostiensem portam, quæ est diui Pauli Apostoli, & viam Portuensem, quæ est sancti Fœlicis martyris, vrbem egreditur, quâ naues de portu vrbis ad dominam totius mundi Romam ascendunt. Hîc iterum circa sextum Philippi, quod Prædium missale appellatur, geminatur & in duobus ex vno effectus, insulam facit inter portam Vrbis & Ostiam ciuitatem, vbi Populus Romanus cum Vrbis præfecto, vel cõsulę Castorũ celebrandorũ* * *causa egreditur solennitate iucunda. Insula verò,,quam facit intra Vrbis portum & Ostiam ciuitatem, tantæ viriditatis amœnitatisq; est, vt neq; æstiuis mensibus, neque*

hyema

hyemalibus pasturæ admirabiles herbas de-habeat: ita autem vernali tempore rosa, vel cæteris floribus adimpletur, vt præ ni-mietate sui odoris & floris insula ipsa Liba-nus almæ Veneris nuncupetur.

Oceanus occidentalis habet GENTES:

Gothos,	*Burgundiones,*
Thuringos,	*Gippidas *,*
Herulos,	*Armolaos,*
Sarmatas,	*Manianos,*
Marcomannos,	*Quadiwastos,*
Longobardos,	*Necapidulos,*
Sueuos,	*Hettios,*
Alanos,	*Gypæos,*
Francos,	*Hunos,*
Alamannos,	*Saturianos,*
Tolosantes,	*Franciscanos *,*
*Gētes** VIIII. *Populum* Narbonēsem, *qui sunt gentes* VIIII.	*Rugos,* *Hasmos, vel* Hamos: *Varros,* *Tungros,*
*Milita marino *,*	*Basternas,*
*Ritianum *,*	*Carpicotos,*
Morinos,	*Senatum populūmq;*
Amsibarios,	*Romanū gentémque togatam.*
Langiones,	

OCEANI SE-PTENTRIONALIS SITVS.

Oceanus ſeptentrionalis habet

Maria IX.
Inſulas XXIIII.
Montes XI.
Provincias XII.
Oppida L.
Flumina XIX.
Gentes XXVIIII.

Oceani ſeptentrionalis MARIA ſunt hæc:

Hirtilum,*
Pontum,
Mare Mæotis,
Bosforus,
*Mare phores *,*
Cymericum,
Mare Thracium,
Propontidis,
Boſphoron.

Oceanus ſeptentrionalis habet famoſas INSVLAS:

Cyclades, & cũ his alias* II.
Ebogea, vel Eubogea,
Delos,
Ippopodes,
Rhodos,
*Cypros *,*
*Item Cypros *, vel Paphos,*
Paphies.*

Ocea-

Oceanus ſeptentrionalis famoſos MONTES habet:

Hyperboreum,
Ryphæum,
Hipanim,
Caucaſum,
Hemum,
Taurum,
Germania minor,*
Euodum,*
Aethnam,
Cauinaſtes,*
Gratus.*

Oceanus ſeptentrionalis habet PROVINCIAS:

Macedoniam,
Achaiam,
Aſiam,
Lyciam,
Galatiam,
Paphlagoniam,
Bithyniam,
Lydiam,
Pamphiliam,
Cappadociam,
Thracias,
Armeniam minorem.

Oceanus ſeptentrionalis habet famoſa OPPIDA L.

Heracliam,
Serdiceam,
Peliam,*
Theſſalonicam,
Birithos,
Chalcedonam,
Nicomediam,
Hamiſos,
Commani,
Tharſos,
Pompeiopolin,
Olympos,

Cybariam,*
Araxatam,*
Ticinum,*
Nuceriam,*
Sindi,*
Tauriam,
Sinde,*
Alexandricindus,*
Aeternaſos,*
Milidos,
Epheſos,
Cerciram,*
Cœleſyrie, vel Cœliaſae,*
Sextos,*
Quidicos,*
Ilium,
Troiam,
Helide,
Troas,
Anterenon, vel Anteronon,
Nichiã, vel Nicheam,
Tariſſam,*
Focis,
Cirram,
Deleis,
Botroton,
Acrocerauniam,
Dyrrachium,
Athaenæ,
Brithothae,
Iſcion,
Arce,
Theceas,*
Maleon,
Candiacam,
Philopolis,
Chryſopolis,
Eliopolis.*

Oceanus ſeptentrionalis habet FLVMINA:

Thanain,*
Boryſthenen,
Mæotidem,
Nain,
Theſimon,
Faſsin,
Choreſtem,
Timnim,
Gaddum,
Peramos,*
Percium,*
Acheloum,

Alpheum, *Meandrum,*
Eurotas, *Surum,*
Rudacum, *Hasdrubelam.* *Hæc*
Hermunam, *sunt flumina Oceani Septentrionalis: tamen ne quis etiam in his ortus, cursus, occasúsq; requirat, paulisper ad eorum regressus exordiũ, dicere non morabor.*

Fluuius THANAIS *nascitur de monte* Hyperboreo, *quâ sunt* Riphæi *in monte* Surdo*: *fluit in paludibus* Mæotidis: *currit milia* DCLIIII.

Fluuius BORYSTHENES *nascitur de monte* Hyperboreo: *influit in* Pontum: *currit milia* CCX.

Fluuius MAEOTIS *nascitur de monte* Spano: *influit in mare* Mæotis: *currit milia* CCIIII.

Fluuius NAIS *nascitur de monte* Tauro: *influit in mare* Ponticum: *currit milia* CCV, *vel* CCCV.

Fluuius THESIMON *nascitur de monte* Caucaso, *&* *egeritur in mare* Ponticum: *currit milia* CCX.

Fluuius FASSIS *nascitur in campis sub monte* Caucaso: *egeritur in mare* Ponticum: *currit milia* CCCV.

Fluuius CHORESTES *nascitur de monte* Tauro: *fluit in mare* Tyrrhenum, *v-*

bi est insula Rhodos.*currit milia* DCCCXV.

Fluuius TIMNIS *nascitur de monte* Tauro: *fluit in mare* Tyrrhenum *ad* Cycladas: *currit milia* CCCCXXII.

Fluuius GADDVS *nascitur de monte* Tauro: *influit in mare* Cycladum: *currit milia* CCXXX.

Fluuius SPIRAMOS* *nascitur de mõte* Tauro: *influit in mare* Adriaticũ *contra insulam* Cyprum: *currit milia* CCCXXII.

Fluuius PERCIVS* *nascitur de monte* Ida Macedoniæ *prouinciæ: influit in mare* Aegeum: *currit milia* DCII.

Fluuius ACHELOVS *nascitur in cãpis* Epiri: *influit in mare* Ionicum: *currit milia* DCCXC.

Fluuius ALPHEVS *nascitur in cãpis* Achaiæ: *influit in mare* Tyrrhenum: *currit milia* CCCCLXX.

Fluuius EVROTAS *nascitur in campis* Phrygiæ: *influit in mare* Hellespontum: *currit milia* CCCC.

Fluuius RVDACVS *nascitur in campis* Syriæ: *influit in mare* Hellespontum: *currit milia* CCCC.

Fluuius HERMVNAS *nascitur in campis* Asiæ. *influit in mare* Cycladum: *currit milia* DIX.

Fluuius MEANDRVS *nascitur in cã-*
pis

pis Asiaticis, bicornius: currit, quasi sint duo redigentes se in vnum: influit in mare Cycladum: currit milia DCCCCXCVII.

Fluuius SVRVS *nascitur in cāpis Pamphiliæ: per anfractus tortuosos influit in mare insulæ* Rhodos: *currit milia* CCCCXXII.

Fluuius ASDRVBELA *nascitur de monte* Boduo: *influit in mare Caspium irrumpens montem Caucasum: currit milia* CCCXVI.

Oceanus septentrionalis habet GENTES:

Scythas,
Nabonas,*
Staastenes,
Madeos,*
Sauromatas,*
Ecatas,*
Eunicos,*
Colchos,
Phasias,
Barbaros albos,*
Ignobiles,
Thesmonos,
Roddacos,
Xantibbos,
Symoes,
Leucosirimanes,
Fosfulgoritas,*
Scytheicumos,
Deruicas,*
Rasicas,*
Seres,
Terimodes,
Anartices,
Corasmias,
Massagetas,
Baroponissos,
Sogatonos,
Bactrianos,
Tauromedas.

OCEANI MERIdiani continentia.

Oceanus meridianus habet

Maria II.
Insulas XVII.
Montes VI.
Provincias XII.
Oppida LXIIII.
Flumina II.
Gentes Mazices multas.

Oceanus Meridianus habet MARIA:

Mare Carpathium & Tyrrhenum.

Oceani meridiani INSVLAE sunt:

Sicilia,
Pontia,
Carpatos,
Pantatoria,*
Sardinia,
Corsica,
Galata,
Capraria,*
Fortunatæ,*
Egilio,
Cosrosa,*
*Inara *,*
Syrtis maior,
Loci Capri,*
Syrtis minor,
Catabathmon,*
Girbe.*

Ocea-

Oceani meridiani MONTES sunt:

Pyramides,
Peronicæ,
Panteus, vel Pãceus,
Perratus,*
Athlas,
Coruessa, vel Coruena.

Oceanus meridianus habet PROVINCIAS*,

Aegyptum,
Aethiopiam,
Africam,
Getuliam,
Leugi,
Numidiam,
Libyam,
Pentapolim,
Tripolim,
Mauritaniã-Cæsareã,
Mauritaniam-Sitifensem.

Oceanus meridianus habet OPPIDA:

Arabiam,*
Nitiobres,*
Fossam Traiani,
Thebeas,*
Thebais,*
Beronicen,
Ammon,
Tholomaidis,
Cyrenæ,
Fileno,
Naretae,
Oea,
Rabratam, vel Sabratam,
Leptis magnam,
Thacapas,
Disdum,*
Thenis,

Tapsos,
Leptis minorem,
Hadrumetum,
Neapolin,
Clypeis,
Carthaginem,
Vticam,
Hippone Zarito,
Thabracam,
Ippone regio,
Rusiccade,
Calli,
Saldis,
Quinque gentiani,
Rusucura,
Tipasa,
Cæsarea,
Chartennas,
Portus magnus,
*Experides *,*
*Ballos *,*
Laribus,
Siccens.
*Oblæ *,*
Susulis,
Assuris,
Zama regia,
Sufibus,
Suffetula,
Cilio,
Theleptis,
Capsaë,
Admedera,
Thesuestis,
Madauros,
Tubur ficunu, vel Tuburficumi,
Midorum,
Calaman,
Constantinam,
Mileu,
Tamugade,
Lambesae,
Sitifi,
Magri,
Taui, vel Zabi,
Tabusutia,
*Bioa *.*

Oceanus meridianus habet FLVMINA duo,

Nilum & *Bagradam.* Horum

NILVS, *qui & Geō appellatur, de secretioribus promit: sed in exordio in Aethiopia videtur, & facit lacum magnum, qui currit in circulo, instagnans milia* CLIIII. *& exiens de eo lacu, pervenit ad cataractas veteriores: conficit milia* CCCCLXXIIII.

Fluuius BAGRADA *cùm provinciæ Africæ magnus nobilisq;, & vnicus sit, cur à maioribus inter fluuios non nominatus sit, ignoramus.*

Oceanus meridianus habet innumerabiles GENTES,

Quæ nec colligi numero, nec existimari, aut comprehendi præ interiacentibus eremis possunt.

ALIA TOTIVS ORBIS DESCRIPTIO.

HANC *quadripartitam totius terræ continentiam hi, qui dimensi sunt, longè Maiores nostri tripartitam reputari definierunt investigantes vniuersum orbem Oceani maris limbo circumdatum, eásq; tres partes, Asiam, Europam & Africam, reputauerant. Quamvis non defuerunt, qui duas partes, sicut diximus perhiberent, Asiam & Europam. Africam verò in Europam adiiciendam definierũt: quia & spatio latitudinis caret, & cæli malè subiacet climati, laborans aëribus suis, venenis fucísq; repleta immanium & incognitarum humano generi innumerabilium bestiarum. Sed ad propositũ remeantes, absq; vllorum præiudicio, qui hoc omne totum duas partes esse voluerunt, tripartitam diuisionem dicere incipiam.*

ASIA *tribus partibus Oceano circumcincta, per totam transuersi plagam orientis extenditur. Hæc occasum versus à dextra sui, sub axe septentrionis incipientẽ contingit.*

tingit Europam, à sinistra autem Africam dimittit: sub Aegypto & Syria mare nostrũ, quod Magnum generaliter dicimus, habet.

EVROPAE incipit initium sub plaga septentrionali à fluuio Tanai, quâ Ryphæi montis ardua Sarmatico adversa Oceano Tanaim fluuium fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandri Magni Macedonis in Rhobascorum* finibus sitas, Mæotidas auget paludes, quarũ immensa inundatio iuxta Theodosiam vrbem Euxinum Pontum latè ingreditur. Hinc iuxta Constantinopolim longè mittuntur angustiæ, donec eas mare hoc, quod dicimus nostrum, accipiat: cui Europæ in Hispania occidentalis Oceanus terminus est apud Gades insulã, vbi Herculis visuntur columnæ, & Tyrrheni maris faucibus Oceani æstus immittitur.

AFRICAE principium est à finibus Aegypti, vrbísq; Alexandriæ, vbi Parthenо* ciuitas sita est, super hoc mare magnum, quod omnes plagas terrásq; medias interluit. Vnde per loca quæ Catabathmon vocant, iam procul à castris Alexandri Magni, & super lacum galearum*: deinde iuxta superiores fines Auasitarũ missa in transversum per Aethiopiæ deserta meridianum contingit Oceanum. Terminus Africæ est, qui & Europæ: id est, fauces Gaditani freti.

Vltimus autem finis eius est mons Athlas, & insulæ, quas Fortunatas vocant.

Breuiter trium inter se partium diuisiones diximus: sed ne quid ad plenissimam instructionem desit, ipsarum quoq; partium regiones, situs & prouinciarum terminos demonstrabo, vt absq; fastidio vniuersa lector agnoscat, vel numerum gentium commanentium.

ASIÆ PROVINCIÆ SITVS CVM LIMITIbus & populis suis.

India. ASIA *à media fronte in oriente habet in* Oceano Eoo *ostia fluminis* Gangis, *à sinistra promõtorium* Calidardam*: *cui subiacet ad Eurum insula* Taprobane, *ex quo* Oceanus Indicus *vocitari incipit: dextra habet* Imai *mõtis* iugum, vbi* Caucasus *deficit ad promõtoriũ* Samara, *quod* Aquiloni *subiacet, ad ostia fluminis* Octacordis*, *ex quo* Oceanus Sericus *appellatur.* In *his finibus* India *prouincia est, quæ habet ab occidente flumẽ* Indũ, *quod* Rubro *mari accipitur: à septentrione montẽ* Caucasum. *Reliqua eius, vt dixi,* Eoo & Indico Oceano *terminatur.* Hæc *habet gentes numero* XLIIII. *absq; insula* Taprobane, *quæ habet decẽ ciuitates, absque reliquis ciuitatibus, quæ in aliis habita-*

bitalibus insulis illic sunt.

A flumine Indo, qui est ab oriente, vsq; ad flumen Tigrim, & Caucasum regiones, sunt Aracosia, Syria & Media, situ terrarum montuoso & aspero. Hæc à septentrione habet Caucasum, à meridie Mare rubrũ & sinum Persicum. In medio autem sui habet flumina principalia Hydaspem & Carbim: in his habitant gentes XXXII. Sed generaliter Parthia dicitur, quãvis vniuersæ Scripturæ sæpe Mediam vocant.* Parthia.

A fluuio Tigris vsq; ad flumen Euphraten Mesopotamia est, incipiens à septẽtrione inter montem Taurum & Caucasum, cui à meridie succedit Babylonia: deinde Chaldæa: nouissimè Arabia eudæmon, quæ inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem versus extenditur. In his sunt gentes XXXIII.* Mesopotamia. Babylonia. Chaldæa. Arabia.

Item à flumine Euphrate, quod est ab oriente, vsq; ad mare nostrum, quod est ab occasu, deinde à septentrione & Euphrate, id est, à ciuitate Adcusa quæ in cõfinio Cappadociæ sita est, haud procul à loco vbi Euphrates nascitur, vsq; ad Aegyptum & extremum sinum Arabicum, qui est à meridie, longo angustóq; sulco saxis insulísq; creberrimo, à mari Rubro, id est ab Oceano* occasum versus extenditur, Syria generaliter ...* Syria.

minatur, habẽs maximas provincias, Com-*magenam,* Phœniciam *&* Palæ*stinam, abs-que Saracenis &* Nabatheis*,quorum gente sunt numero* XII.

Cappadocia. *In capite Syriæ* Cappadocia *est,quæ habet ab* Oriente Armeniam*, ab Aquilone* Themiscirios *cãpos* & mare* Cymmericum*, ab occasu* Asiam*,à meridice* Taurum *montem, cui subiacet* Cilicia *&* Isauria *vsq; ad* Cilicum *sinum, qui spectat contra insulam* Cyprum.

Asia minor. *Asia regio*,vel (vt propriè dicam) Asia minor,absq; orientali parte* vsq; ad* Cappadociam Syriámq*; protenditur, vndique circumdata est mari: à septentrione* Ponto Euxino*, ab occasu* Propontide *&* Hellespon*to,à meridie mari nostro, vbi est mons* Olympus.

Aegyptus inferior. Aegyptus *inferior est,quæ habet ab* oriente Syriam Palæstinam*,ab occasu* Libyam*, à septentrione mare* Tyrrhenum*, à meridie montem qui appellatur* Climax*, &* Aegyptum *superiorem, fluuiúmq;* Nilum*,qui de* Nilus. *littore incipientis maris* Rubri *videtur emergere in loco qui dicitur* Mossylon *emporium: deinde diu ad occasum profluens facit insulam nomine* Merhoën *in medio su nouissime à septentrione inflexus,tempest uis auctus incrementis plana* Aegypti *riga*

Hu

Hunc aliqui auctores haud procul ab Athlante monte fontē habere dicunt, & continuò terræ immergi: inde interiecto breui spatio latissimo lacu exundans, atq; hinc in Oceanum orientem versus * per Aethiopica deserta prolabitur. Rursus inflexus à sinistra ad Aegyptum descendit. Quod quidem verum est, esse huiusmodi fluuium manifestum & magnum, qui tali ortu taliq; cursu sit, vt Nilos intelligatur. nam & monstra & cætera similia gignit, qui vtiq; prope fontem Barbaris Dara nominatur: Nuchul cæteri accolæ* vocant. Sed hinc in regione gentium, quæ Libya Aegyptia vocatur, haud procul ab illo fluuio, què à littore maris Rubri prorumpere diximus, immenso lacu acceptus absumitur, nisi fortè in eius meatu occulto, in alueo eius qui ab oriente descendit, eructat. Nuchul.

Aegyptus superior in orientem per lōgum extenditur, cui est à Septentrione sinus Arabicus, à meridie Oceanus. nam ab occasu ex inferiore Aegypto incipit, ab oriente Rubro mari terminatur, vbi morātur diuersarum nationum gētes numero XXIIII. Et quia à meridiana parte vniuersam Asiam descripsimus, superest, vt ab oriente & septentrione partes quæ restant, expediantur. Aegyptus superior.

Mons CAVCASVS inter Colchos qui Caucasus.

ſunt ſuper Cymmericum mare, & inter Albanos, qui ſunt ad mare Caſpium, primùm attollitur, cuius quidem vſq; in vltimum orientem vnum videtur iugum, ſed multa ſunt nomina: & multi hoc iugũ Tauri montem credi volunt, quia revera Parchoatras mõs Armeniæ intra Taurum & Caucaſum medius continuare Taurum cum Caucaſo exiſtimatur. Sed hoc non ita eſſe diſcernit fluuius Euphrates, qui à radice Parchoatræ montis effuſus in meridiem tendens ipſum ad ſiniſtrã, Taurum excludit ad dexteram. Itaq; ipſe Caucaſus inter Colchos & Albanos, vbi & portas habet, mons Caucaſus dicitur, à portis Caſpiis vſq; ad fontem Tigridis fluminis, inter Armeniam & Iberiam montes Acroceraunij dicuntur: à fonte Tigridis vſq; ad Chartas ciuitatẽ inter Maſſagetas & Parthos, mõs Ariobarzanes: à Carris ciuitate vſq; ad oppidum Catippi, inter Hyrcanos & Bactrianos mons Menalius, vbi amomum naſcitur: in quo proximum iugum mons Partao dicitur. Ab oppido Catippi vſq; ad vicum Saphrim inter Dapſaſſa* Cauracas & Parthenaſis mons Oſchobaris: vbi Ganges fluuius oritur, quem & Padum dicunt. A fonte fluminis Gangis vſque ad fontes fluminis Ottorogorræ, qui ſunt à Septentrione, vbi ſunt montana Paropamiſſadæ,*

missadæ, mons Taurus: à fontibus Ottorogorræ vsq; ad ciuitatem Ottorogorram inter Hunnos & Scythas & Gãdaridas mons Caucasus. Vltimus autem inter Eoas & Pasiadras mons Imaus, vbi flumen Chrysorhoas & promontorium Samara orientali excipiuntur Oceano. Igitur à monte Imao, hoc est ab imo Caucaso, & dextra Orientis parte qua Oceanus Sericus tẽditur, vsq; ad promontorium Boreum & flumen Boreum, & inde tenus Scythico mari, quod est à septentrione, vsq; ad mare Caspium, quod est ab occasu, & vsq; ad extentum Caucasi iugum, quod est à meridie, Hyrcanorum & Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infœcũdam diffusionẽ latè oberrantes.

Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab Oceano oritur, cuius vtraq; circa Oceanum littora, & loca deserta incultaq́; habentur: inde meridiem versus per longas angustias tenditur, donec per magna spatia dilatatum, Caucasi montis radicibus terminetur. Itaq; à mari Caspio, quod est ad Orientem, per oram Oceani septentrionalis vsq; ad Tanaim fluuium & Mæotidas paludes, quæ sunt ad occasum, per littus Cymmerici maris, quod est ab Aphrico, vsq; ad caput & portas Caucasi, quæ sunt ad meridiem, gentes sunt XXXIIII. Sed generaliter regio pro- Mare Caspiũ.

xima Albania vlterior, ſub mari & monte Caſpio, Amazonum nuncupatur.

EVROPÆ SITVS CVM LIMITIBVS SVIS & populis.

Expliciti ſunt, quanquam breuiſsimè, fines Aſiæ: nunc EVROPAM, *in quantum conditioni humanæ conceditur, indicabo, in qua nobilis Italia reputatur. Incipit à montibus Ryphæis, à flumine Tanai Mæotiiſque paludibus, quæ ſunt ad Orientem, per littus ſeptentrionalis Oceani vſq; in Galliam Belgicam & flumen Rhenum, quod eſt ab occaſu, deinde vſq; ad Danubium, quem & Iſtrũ vocant, qui eſt à meridie, & ad orientem directus, ponto ſuſcipitur. Hinc ab oriente Alania eſt, in medio Dacia, vbi eſt Gothia, deinde Germania, vbi plurimam partem Sueui tenent: quorum omnium gentes ſunt* IIII. *Nunc quicquid à Barbarico Danubius vſq; ad mare noſtrum interrumpit, expediam.*

Mœſia. MOESIA *ab Oriente* habet oſtia fluminis Danubij: ab Euro Thraciam, à meridie Macedoniam, ab Africo Dalmatiam, ab occaſu Iſtriam, à circio Pannoniam, à ſeptentrione Danubium.*

THRA-

THRACIA* *habet ab oriente Propontidis sinum & ciuitatem Constantini, quæ Byzantium priùs dicta est: à Septentrione Dalmatiam habet & sinum Euxini Ponti: ab occasu Africo Macedoniam, à meridie Aegeum mare.* Thracia.

MACEDONIA *habet ab oriente Aegeum mare, à borea Thraciam, ab euro Euboëam & Macedonicum sinum, à meridie Achaiam & Aegeum mare: à fauonio montes Acroceraunios in angustiis Adriatici sinus, qui montes sunt contra Apuliam atq; Brundusium: habet ab occasu Dalmatiam, à circio Dardaniam, à septẽtrione Mœsiam.* Macedonia.

ACHAIA* *vndiq; propemodum cincta est mari. nam ab oriente habet Myrtoũ mare, ab euro Mare Creticũ, à meridie Ionium, ab Africo & occasu habet Cœphaliam & Cassiopiam insulas, à Septentrione sinum Corinthium: ab aquilone angustum terræ dorsum, quod quidem Macedoniæ coniungitur, vel potiùs Atticæ, qui locus Isthmos vocatur, vbi est Corinthus: hîc est in Attico ad boream non longè ciuitas Athenæ.* Achaia.

DALMATIA *habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, à septentrione Mœsiam, ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas, à meridie Adriaticum sinum.* Dalmatia.

Pannonia. Noricū. Rhætia. PANNONIA, NORICVS & RHAETIA *habent ab oriente Mœsiam, à meridie Istriam, ab Africo Alpes Pēninas**, *ab occasu Galliam Belgicā, à circio fontem Danubij, & limitem qui Gallias & Germaniam à Danubio dirimit: à septentrione habet Danubium & Germaniam.*

Italia. ITALIAE *venerabilis & singularis situs à circio in Eurum tenditur: habet ab Africo Tyrrhenum mare, à borea Adriaticū mare: in sinu cuius continenti terræ contigua est, vbi Alpium obicibus cingitur, quæ à Gallico mari super Ligusticum sinum exsurgunt: hinc incipiūt Narbonensium fines: deinde Galliā Rhætiámq; secludunt, in sinum Liburnicum**.

Gallia Belgica. GALLIA *Belgica habet ab oriēte limitē fluminis Rheni & Germaniā, ab Euro alpes Penninas, à meridie prouinciam Narbonensem, ab occasu prouinciam Lugdunensem, à circio Oceanum Britannicum, à septentrione Britanniam insulam.*

Gallia Lugdunensis. *Gallia Lugdunensis ducta per lōgum est, & per angustum inflexa, Aquitanicā prouinciam semicingit: quæ ab oriente habet Belgicam, à meridie partem prouinciæ Narbonensis, quâ Arelas ciuitas sita est, vbi mari Gallico Rhodanus flumen accipitur.*

Narbo- *Narbonensis prouincia pars Galliarum habet*

habet ab oriente alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, à circio Aquitaniam, à septentrione Lugdunensem, ab Aquilone Galliam Belgicam, à meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam & insulas Balearias. Huic sunt in fronte quâ Rhodanus fluuius in mare exit, insulæ Stœchades. nēsis provincia.

Aquitania provincia obliquo cursu Ligeris fluminis, qui ex plurima parte terminus eius est, in orbem agitur. Hæc à circio Oceanum habet, qui Aquitanicus sinus dicitur: ab occasu Hispanias: à septētrione & oriente Lugdunensem, ab Euro & meridie Narbonensem provinciam contingit. Aquitania.

HISPANIA vniuersa terrarum situ trigona, & circūfusione Oceani Tyrrheniq; pelagi penè insula efficitur. Huius angulus prior spectat orientem, à dextris Aquitanicam provinciam, à sinistris Balearico mari Narbonēsium finibus coartatus ingreditur. Secundus angulus intendit, vbi Brigantia ciuitas sita est Galliciæ, ac altissimū farum, & inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniæ erigitur. Tertius angulus eius est, quo Gades insulæ in Africam intentæ, Athlantem montem interiecto sinu Oceani prospiciunt. Hispania citerior ab oriente incipit ex Pyrenæis saltibus, à parte septentrionali vsq; ad Cantabros Astuiésq;, Hispania.

*atq; per Vaccæos & Oretanos, quos ab occasu habet, posita in nostri maris littore Carthago determinat. Hispania vlterior habet ab oriente Vaccæos, Celtiberos & Oretanos: à septentrione Oceanum, ab occasu Oceanum, à septentrione Oceanum, à meridie Gaditanum Oceani fretum, vnde mare, quod Tyrrhenum vocatur, emittitur**.

Et quoniam Oceanus habet insulas Britanniam & Hyberniã, *quæ in aversa parte Galliarum ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt, breuiter explicabuntur.*

Britãnia. BRITANNIA *Oceani insula per longum in boream extenditur. Habet à meridie Gallias, cuius proximum littus transmeantibus ciuitas aperit, quæ dicitur Rutubi portus: vnde haud procul à Morinis in austro positos Menapos Batauósq; prospectant. Hæc insula habet in longo milia passuum* DCCC, *in lato milia* CC.

Orcades. *A tergo, vnde Oceano infinito patet,* ORCADES *insulas habet, quarum viginti desertæ sunt,* XIII. *coluntur.*

Thulæ. *Insula* TILAE, *quæ per infinitum à cæteris patet longiùs secreta, in medio Oceani sita, vix paucis nota habetur.*

Hybernia. HYBERNIA *insula inter Britanniam & Hispaniam lõgiore ab Africo in Boream spatio porrigitur: cuius partes priores intẽtæ*

Canta-

Cantabrico Oceano Brigantiam Gallitiæ ciuitatem ab africo sibi in circium occurrentem, spatioso intervallo procul spectant, ab eo præcipuè promontorio, vbi Sacanæ fluminis ostium est, vbi Velabri Luceniq; consistunt. Hæc priori Britanniæ spatio terrarum angustior, cæli solísq; temperie magis vtilis, à Scotorum gentibus colitur.

Huic etiam MEVANIA *insula proxima est, & ipsa spatio non parua, solo commoda, æquè à Scotorum gentibus habitatur. In his sunt fines totius Europæ, in quibus totius regina mundi cælestis habetur Italia, singulari virtute, fertilitate, potentia toto mundo sacrata.* Meuania.

AFRICÆ SITVS CVM SVIS LIMITIbus & populis.

AFRICAM, *quam in tertia orbis parte maiores nostri & eius adsentatores accipiendam aliquanti protulerunt, non spatio mensuræ, sed circumclusionum ratione sicvt suo mari, quod ab occasu ex Oceano exoritur, in meridiem magis vergens præfocatur: inde Africæ limes coartatā & angustiorem claudit eremum. Hinc etiam aliqui, quāvis eam longitudinem habere existiment, ta-*

men multò angustiorem intellexerunt, vt inverecundum diceret tantæ angustiæ prouinciam tertiam dici partem: sed in Europa eam iudicauerunt reputandam: hoc est, vt non eam simile duabus dicerent, sed de duabus vni subiectã, quæ ardore venenóq; deformis, plus habet eremi, quàm montes. Africam per omnia situ & populis minorem esse certissimum est, quia & natura sui minus habet spatij, & cæli inclemẽtia plus deserti: cuius descriptio per prouincias & gentes hæc est:

Cyrenaica. LIBYA *Cyrenaica post Aegyptum in parte Africæ prima est. Hæc incipit à ciuitate* Parthenio & *Catabathmon: inde secundo mari vsq; ad aras* Philenorum *extenditur, & vsq; ad* Oceanum *meridianum: quæ habet gentes* Libyorum, Aethiopum & *Garamanthum. vbi est ab oriente* Aegyptus, *à septẽtrione mare* Libycum, *ab occasu* Syrtes *maiores &* Troglodytæ, *quæ habent è contra insulam* Calypso, *à meridie* Aethiopicum *Oceanum.*

Tripolitana. TRIPOLIS *prouincia, quæ est & Subuentana, vel regio* Arzugum, *vbi* Leptis *magna ciuitas est, quà* Arzuges *per Africæ limitem generaliter vocantur, habet ab oriente aras* Philenorum *inter* Syrtes *maiores &* Troglodytas, *à septentrione mare Siculum,*

culum, vel potiùs Adriaticum, & Syrtes minores: ab occasu Byzantium vsq; ad lacum Salinarum: à meridie barbaros, Getulos, Natauros & Garamãtas vsq; ad Oceanum Aethiopum pertingentes.

ZEVGES* *priùs non vnius loci cognomentum, sed totius prouinciæ fuit, velut in hodiernũ ita à prudentibus accipitur. Byzantium* est, vbi eius metropolis ciuitas Hadrumetus sita est: Zeugis est, vbi Carthago ciuitas constituta est.* Byzancena. Zeugitana.

NVMIDIA *vocitatur, vbi Hippos regius & Rusiccade ciuitates sunt: habet ab oriẽte Syrtes minores & lacum Salinarum, à septentrione mare nostrum, quod spectat ad Siciliam & Sardiniam: ab occasu habet Mauritaniam Sitifensem, à meridie montem Suggarem, & post eos Aethiopum gentes peruagantes vsque ad Oceanum Aethiopicum.* Numidia.

*Sitifensis** & *Cæsariensis* MAVRITANIAE *sunt, quæ habẽt ab oriente Numidiam, à septentrione mare nostrum, ab occasu flumen Maluam, à meridie montem Astrixim, qui diuidit inter viuam terram & arenas eremi iacentes vsque ad Oceanum, in quibus oberrant Gangines Aethiopes.* Mauritania Cæsariensis.

Tingi Mauritania Africæ vltima est to-

tius: hæc habet ab oriente flumen Maluā, à septentrione mare nostrum vsq; ad fretū Gaditanū, quod inter Abylenæ & Calpis duobus promontoris coartatur: ab occidente habet Athlantem montem & Oceanum Athlanticum, sub africo Esperiū montē, à meridie gentes Aulolum, quas nunc Galaudas vocant, vsq; ad Oceanum Hesperium contingentes: hic est totius Africæ terminus.*

INSVLÆ NOSTRI MARIS.

Nunc insularū quæ in nostro mari sunt, loca, nomina & spatia exponam. Insula
Cyprus. CYPROS *habet ab oriēte mare Syrium, quem Isicum sinū vocant: ab occidente mare Pamphilicum: à septentrione Aulone Cilico, à meridie Syriæ & Phœnicis pelago cingitur: cuius spatium in longo tenet milia passuum* CLXXXII, *in lato milia passuum* CXXII.

Creta. *Insula* CRETA *finitur ab oriente Carphatio mari, ab occasu & septētrione mari Cretico, à meridie mari Libyco, quod & Adriaticum vocant: habet in lōgitudine milia passuum* CLXXII, *in latitudine milia passuum* L.

Insulæ

Insulæ CYCLADES*, *quarum ab oriente prima Rhodos, à septentrione Tenedos, à meridie Carphatos, ab occasu Cythera, ab oriente finiuntur littoribus Asiæ, ab occidente mari Icario, à septentrione mari Aegeo, à meridie mari Carphatio. Sunt omnes Cyclades insulæ numero* LIIII. *hæ tenent à septentrione in meridiem milia passuum* L, *ab oriente in occasum milia* DXC. Cyclades.

Insula SICILIA *tria habet promontoria: primum, quod dicitur Pelurum, & aspicit Aquilonem, cui Mesana ciuitas in proximo est. Secundum promontorium Pachinum, sub quo ciuitas Syracusana sita est, euronotum respiciens. Tertium Lilybæum, vbi & ciuitas eiusdem nominis sita est, dirigitur in occasum. hæc habet à Peloro in Pachinum milia passuum* CXLVIIII: *à Pachino in Lilybæum habet milia passuum* CLXXIIII. *Hæc ab oriente cingitur mari Adriatico, à meridie Africo, quod est contra Subuentanos & Syrtes minores: ab occidente & septentrione habet mare Tyrrhenum, à borea vsque subsolanum fretum Adriaticum, quod diuidit Tauromenitanos Siciliæ, & nobilis Italiæ Brutios. His finibus, sicut suprà demonstrauimus, Sicilia continetur.* Sicilia.

Insula SARDINIA *habet à meridie* Sardinia.

cõtra Numidiã Caralitanos, quæ Sardinia paruo freto spatio miliũ viginti à Corsica diuiditur: quæ Corsicã versus à septẽtrione habet Vlbienses: cuius spatia* in longo tenẽt milia passuũ CCXXX, in lato milia passuũ LXXX. Hæc habet ab oriente & borea Tyrrhenũ mare, quod spectat ad portum æternæ vrbis Romæ: ab occasu mare Sardum, ab Africo insulas Baleares longè positas, à meridie Numidicum sinum, à septentrione Corsicam insulam.

Corsica. Insula CORSICA multis promontoriis angulosa est. Hæc habet ab oriente Tyrrhenum mare & portum æternæ vrbis Romæ, à meridie Sardiniam, ab occasu insulas Baleares, à circio & septentrione Ligusticum sinum. Tenet in longo milia passuum numero CLX, in lato milia XXVI.

Baleares. Insulæ sunt BALEARES duæ, maio & minor, quibus insunt bina oppida. Ma ior Tarraconam Hispaniæ ciuitatem, mi nor Barcilonam septentrionem versus con tra se habet. Maiori subiacet insula Ebu

Ebusus. sus: deinde ab oriente Sardiniam, ab aqu lone mare Gallicum, à meridie Africæ Mau ritaniacum pelagus, ab occasu Ibericum spectat.

Hæ sunt insulæ ab Hellesponto vsq; a Oceanum per totum mare magnũ pelagu

de famosis, quæ & cultu & magnitudine celebres habentur. Et quoniam vniuersa terrarum orbis spatia, vel insularum descripsimus, nunc ad maiorem demonstrationis structionem in quantum vigilantia nostra inuestigare potuit, demõstrabo, ex æterna vrbe ROMA initium sumens, quæ caput est orbis & domina senatus.

FINIS.

IN AETHICI COSMOGRAPHIAM SCHOLIA, IOSIA SIMlero auctore.

Pagina 1. NAM plurimi qui res diuinas. *Opinio eorum, qui negãt Africam tertiam partem esse orbis terrarum, eleganter versibus exposita est à Lucano libro* IX.

Tertia pars rerum Libyæ, si credere famæ
Cũcta velis: at si ventos, cælũq; sequaris,
Pars erit Europæ. nec enim plus littora Nili,
Quàm scythicus Tanais, *primis à Gadibus absunt, &c.*

Salustius, In diuisione, inquit, orbis terræ pleriq; in parte tertia Africam posuere: pauci tantummodò Asiam & Europam esse, sed Africam in Europa: & hanc orbis terræ in duas partes diuisionem M. *Terentius Varro in* 1. *de Re rustica libri cap.* 2. *ad Eratosthenem refert.*

ORIENTALIS OCEANI DEscriptio.

Pagina 3. Mare Caspium, *sive Hyrcanum quidam*

dam putarunt esse sinum Oceani septẽtrionalis: sed Herodotus & Ptolemæus pedibus circumiri posse aiunt, quibus recentiores historici & Geographi assentiuntur.

Mare Rubrum, & Pag. 4.

Arabicum sinum *quidam aiunt vnum mare esse: sed Aethicus hæc distinguit, quod etiam alios Geographos fecisse Eustathius in Comment. in Dionysium asserit. Est autẽ Arabicus sinus pars Rubri maris, sicvt & Persicus sinus, vt ex Plinio, Strabone, Herodoto, Mela, docet Vadianus, in Explanatione aliquot locorum ex suis commentariis in* Melam. *Ipse etiam Aethicus hoc modo Rubrum mare accipit postea in Asiæ descriptione.*

Mare Myrtoum. *In exemplari manuscripto legitur Mare mortuum: sed cùm antea nominarit Mare Asphaltenes, qui est lacus Asphaltites, seu Mare mortuum, mutaui in Myrtoum. Infrà in Achaiæ descriptione idem mendum fuit, Achaiam ab ortu habere mare Myrtoum, vbi etiam Mortuum legitur in* M. C. *Cùm autem Myrtoum mare Græciæ ab ortu ponatur, rectè hîc inter Otientalia maria nominatur. Refert Plinius Cymbros Mare congelatum nominare Mortuum mare, & Dionysius idem affirmat: sed hoc nihil ad maria Orientis.*

Insulæ. Hippopodes. *Plinius lib. 4. cap. 13. Hippopodes insulas, in quibus equinis pedibus homines nascantur, in septentrionali Oceano ponit. Quærendum, an hæ sint aliæ à Plinianis.*

Armenius. *Dionysius Periegetes meminit Armenij montis, è quo Phasis fluuius oritur. Eustathius interpres refert montem hunc in initio Armeniæ esse, vt Ethnicorũ scriptor existimet, Alios dicere Armenium Tauri partem, pertingentem in Armeniam vsque, quæ ab hoc monte nomen acceperit. Ammianus libro XXII. meminit Armenij montis, è quo Thermodoon fluit.*

Montes. Bodian. *Fortè Vindius, mons Indiæ.*

Prouinciæ. Adonis. *Non dubito nomen hoc vitiosum esse, neq; vsquã inuenio prouinciã huius nominis: fortè pro Eden posuit: quo nomine orientalẽ regionẽ, in qua fuit Paradisus Domini, sacræ literæ nominãt. Atq; huic nostræ sententiæ astipulatur, quod postea scribit, Armodium fluuiũ lustrare regionem Adonis & Mesopotamiam. nam Eden non longè abfuisse à Mesopotamia, ostendit Moses, qui ex Eden fluere scribit Euphratem & Tigrim, flumina Mesopotamiam ambiẽtia.*

Oppida. pag. 5. Sigoton. *Nomen hoc vrbi tribuit, & flumini quoq;, quod tamen Gangem esse inquit. est autem in India vrbs quoq; Ganges, idem*

idem cum flumine nomen habens, Arriano auctore.

Adlenite. *Fortè Adulis, seu Aduliton Plinio: vnde sinus Adulicus Ptolemæo.*

Colche: *an Colchi emporium Indiæ intra Gangem, hodie Cochinum? an Coche, quæ & Seleucia, Ammiano* XXIIII. *quam puto Colchos nominari à Procopio lib.1.*

Patale. *Pattala oppidum insulæ Pattalenes, quam Indus facit, celeberrimum emporium.*

Patalate. *An, sicvt Plinius scribit, Indum duas insulas facere, Prasianen & Patalen, duo quoq; illic sunt oppida, Patale & Patalate? an Analite legendum? an potiùs Attalia, celebris Pamphiliæ vrbs, cùm Tharsis subiiciatur?*

Talloni. *Fortè Thali Plinio, qui ab oriente Caspij maris fauces attingunt.*

Copretes. *Coprates amnis est Mediæ, à quo fortè vrbs nomen accepit. Tropatene & Atropatene satrapia Mediæ.*

Carmeniæ. *Carmania metropolis regionis Carmaniæ: Ammianus* XXIII.

Ostraciæ. *Fortè Ostracine.*

Aetergite. *An Euergetæ?*

Falsagadæ. *Fortè Pasargadæ*

Tharchi. *F. Turci, quos ad Mæotim Plinius ponit citra Arimphæos.*

Cumi. *An Cumæ Gedrosiæ, an Cumæ Phœnicæ, cuius meminit lib.* Noticiarum: *an Cumi populi Aethiopiæ Plinio lib.6. an Cumania ad Caucasum?*

Damphe &

Salphanie. *Hæc duo nomina, vt multa alia, in hoc auctore mihi ignota sunt: si tamen coniecturis locus est, fortè pro* Damphe *Pamphilia ponetur, nisi oppida hîc enumerarentur: vel Gamphi vrbs Thessaliæ, cuius Cæsar meminit.* Salphamie: *an Selgenses?*

Eudæmona. *Eudæmon vicus maritimus Arabiæ Eudæmonos, quondam vrbs, 1200 stadiis ab Oceli distat. Arrianus in Periplo maris Rubri. Meminit etiam Mela vrbis Arabiæ in Arabia.*

Mache. *Mace populi Arabiæ felicis, Mela teste. Mace item promontorium oppositum promontorio Carmaniæ Harmozonta: Mela, Plinius, Ptol. Et Mathæ gens Indiæ, apud quos Erineses oritur: Arrianus in Indiæ descriptione.*

Anisauge. *Auge vrbs ad ostia Tigridis, ab Aethico postea nominabitur.*

Persis. *Suprà nominauit Persepolim. itaque hîc aliam metropolim Persidis intelligendam puto.*

Filinei. *Lego Elymæy.*

Adiabæ. *Lego Adiauene, quem Ammianus*

nus à Diauas & Adiauas fluminibus dictam scribit.

Charta. *Carræ Mesopotamiæ, quæ etiã in lib.Notic.Charta nominatur.*

Daphen. *Daphne: puto autem significari Antiochiam Epidaphnen.*

Mopsi. *Mopsucrene, Mopsuestia.* pag.6.

Amphimoli: *an Amphimalum Cretæ oppidũ, an Amphipolis ad Euphratem, antè Tapsacus dicta, Plin.lib.5.cap.24.an Anchialos?*

Pyrrhenum &

Eleusinum. *Non dubito hæc nomina mendosè scripta. quid, si legamus Paraetonium? quod alibi Partheno nominat & Pelusium: præsertim cùm Coptos sequatur.*

Lignido *Lychnidus.*

Theriodes. *Hunc arbitror esse Rha fluuium.* Flumina.

Seleantes. *Fortè est Silia Straboni, fluuius in mõtibus Indiæ, inquo nihil innatat.*

Hydaspes, &c. tribus crinibus. *Malim Crunibus legere: sed cùm postea de Danubio loquens, dicat, ex ipso septem crines fluminum procedere, nihil mutare volui.* pag.6. & 8.

Euphrates. *Euphratem in India nasci, & per eam prouinciam currere scribit: quod non video, quomodo defendi possit. Porro insula, quam* pag.6. & 8.

Theron *nominat, aliis* Teredon *dicitur.*

pag. 6. & 9. Susa. *Intelligo fluuium, iuxta quem est Susa vrbs: hoc est, Eulæum, quem bicornem dicit, quoniam duos habet fontes: vnum in Susiana, alterum in Media, Zagro monte, qui infra Susa in vnum confluunt.*

pag. 6. & 9. Tigris. *Tigrim in voragines incidere & longo spatio subter terram deferri, ac iuxta Chalonitim rursus exoriri, Strabo prodidit. Idem refert opiniones quorundam, qui existimant fluuios Cœlosyriæ ex lacubus Euphratis & Tigridis oriri, & lõgè subter terram fluere. Attamen quo modo per Aethiopiam currat Tigris, non video, nisi Aethiopũ nomine Arabes intelligamus, qui etiam in S. literis Chus, hoc est Aethiopes nonnunquam vocantur.*

Porro Chrysorhoas, *cuius hîc meminit, alius est à Chrysorhoa, cuius Ptolemæus meminit, qui Damascum præterfluit, quem noster Chryson nominat.*

Cordubenna *oppidum haud dubiè situm fuit in Corduenna provincia Transtigritana, cuius Ammianus meminit. Fortè Cordyene, quamvis hæc sit cis Tigrim.*

pag. 6. & 9. Alibotra. *Fortè is fluuius, qui iuxta Palibothra*

libothra vrbem Indo miscetur. Lysæum *montem arbitror hunc esse, quem Plutarchus de fluminibus* Lilæum *vocat, Indo flumini adiacentem.*

Auxius. *Euphratem initiò Auxium vocari ait. Plinius scribit Euphratem Pixiratem primò nominari, deinde Omirram, vbi Taurum interrumpit, vbi perfregit Euphratem. Quòd autem Euphratem per Parthos fluere scribit, non de Parthia propriè dicta, sed de Parthico regno accipiendum est.* pag.6. & 9.

Deruicæ. *Derbices prope Hyrcanos ad Oxum fluuiũ sita fuere. Plinius, Ptolemæus, Strabo: Dionysius Dercebios vocat.* Gentes. pag.11.

Pafsitæ. *Fortè Pasicæ ad Oxios montes, Ptol.*

Anaitacæ. *F. Anariaci prope Hyrcanos, Plinio & Solino: Straboni, Andriacæ, vel Aratiatici.*

Carasmi: *Chorasmij prope Sogdianam, Dionys. Plin.*

Paroparsosiani. *In manuscripto exemplari hæc vox, vt mendosa, notata est adiectis punctis, quæ indicare videntur primas quatuor literas redundare. Fortè Paropamisadæ. Vel Sosiani positi sunt pro Sogdiani, quale mendum etiam est apud Melam: Gandari, (inquit) Paricani, Bactri & Susiani,*

Pharmacotrophi.Enumerat eo loco mediterraneas gentes: at Susiani ad sinum Persicum porriguntur: deinde quid Susiani hîc ponũtur inter Bactros & Pharmacotrophos gentem Scythicam, cùm tam longè à Scythis distent? omnino itaq; apud Melam legẽdum est Sogdiani: hîc autem dubito, vtrùm Paropamisadas, an Sogdianos ponam.

Dacriani.*Lego Bactriani.*

Arogoti.*Fortè Arachosij: quorum vrbs Arachotus.*

Aciani.*F. Ariani.*

Oroceni.*F. Osroëni.*

Anidrosi.*F. Gedrosi, qui rectè etiam Anydrosi dici possunt, quoniam aquarum penuria laborant.*

Arabi.*An Arabes, an Arbies ad Arbim fluuium, qui Arabius, & populi Arabes ab Arriano nominantur.*

Sitticeni.*Sittacene Assyriæ regio, quæ etiam Apolloniatis dicitur, & Arbelitis & Palæstine: Ptol. Strabo, Plinius.*

Cattigauci.*An Catti & Cauchi? Sed quid hi ponuntur inter gentes orientalis Oceani? Idem de quibusdam aliis gentibus, quæ sequuntur, quæri potest. An Cataceti, apud Plin. an Cattigara?*

Cerysi.*An Cyrrestæ, an Coraxij?*

Vaccæi &

Var-

Vardæi. *Vaccæi & Varduli populi sunt Hispaniæ: sed hi in occidente, nihil ad orientalem Oceanum pertinent. Vardæi Liburnorum gens sunt: Vadæi à Plinio in Arabia felice ponuntur.*

Antequini. *In M. C. ad marginem annotatum fuit, vel Aquitani: sed non video, quomodo Aquitani populis Oceani orientalis attribui posint, nisi fortè quia Hispani ad orientem positi sunt.*

LOCA OCEANI OCCIDENTALIS.

Mare Lautades. *Arbitror Leucadium mare significari, quod ab occasu Epyrum alluit.* Maria. pag. 12.

Mare Britanni. *In M. C. mare Tritani, vel Britanni.*

Hyberus. *Fortè Hybernia.* Insulæ.

Heboso. *Ebusus.*

Illyricum & pag. 13.

Noricum, *quomodo inter insulas numerentur, non video. Malim pro Illyrico Iluam ponere, & pro Norico Oricum, quod quondam insula fuit, postea continenti iunctum est, vt Plinius refert lib. 2. nisi Illyrici nomine insulas sinus Adriatici intelligere maluerimus. nam Plinius scribit, Illyrici a-*

ram mille amplius insulis frequentari, lib. 4. cap. 26. & Norici *nomine insulas* Norici *nõ quidẽ maritimas, sed* Danubij *fluminis.*

Ingeonici. *Fortè Ionici, vel Ionicæ, insulæ Ionum.*

Histrici. *Fortè Istriam intelligit, quæ peninsula est, aut insulas iuxta Istrorũ agrũ, quarum Plinius in fine 3. libri meminit: aut insulam Istrum, cuius meminit Stephanus, quæ sita est iuxta Triopium Cnidiæ.*

Matronæ: *an fortè Mona?*

Fiotiæ: *vel Fionæ.*

Magiouinia * M. P. XII.
Lactodoro M. P. XVI.
Isanna Vantia * M. P. XII.
Tripontio M. P. XII.
Venonis M. P. IX.
Ratas M. P. XII.
Verometo M. P. XIII.
Margi-duno M. P. XII.
Ad Pontem * M. P. VII.
Croco-Calana * M. P. VII.
Lindo M. P. XII.

ITEM A REGNO
Londinio M. P. CXVI. *96.* ſic:
Clausentum M. P. XX.

Venta

Venta Belgarum M. P. X. Britãnia.
Galleua Atrebatum M. P. XXII.
Pontibus M. P. XXII.
Londinio M. P. XXII.

ITEM AB EBVRACO
Londinium M. P. CCXXVII. ſic:

Lagecio M. P. XXI.
Dano M. P. XVI.
*Ageloco** M. P. XXI.
Lindo M. P. XIIII.
Crococalano M. P. XIIII.
Margi-duno M. P. XIIII.
Vernemeto * M. P. XII.
Ratis M. P. XII.
Vennonis M. P. XII.
Bannauanto M. P. XIX.
Magio Vinio M. P. XXVIII.
Durocobrius M. P. XII.
Verolamo M. P. XII.
Londinio M. P. XXI.

ITEM A VENTA ICINORVM
Londinio M. P. CXXVIII. ſic:

Sitomago M. P. XXXI.
*Combretouio** M. P. XXII.
Ad Anſam M. P. XV.
Camoloduno M. P. VI.
Canonio M. P. IX.

Britānia. *Cæsaromago* M. P. XII.
Durolito M. P. XVI.
Londinio M. P. XV.

ITEM A CLAMOVENTA
Mediolano M. P. CL. sic:

Galawa M. P. XVIII.
*Alone** M. P. XII.
*Galacum** M. P. XIX.
Bremetonaci M. P. XXVII.
Coccio M. P. XX.
*Mancunio** M. P. XVIII.
Condate M. P. XVIII.
Mediolano M. P. XIX.

ITEM A SEGONTIO
Deuam M. P. LXXIIII. sic:

Conouio M. P. XXIIII.
Varis M. P. XIX.
Deua M. P. XXXII.

ITEM A MVRIDONO
Viroconiorum * M. P. CLXXXVI. sic:

*Vindonu.** M. P. XV.
Venta Belgarum M. P. XXI.
*Brige** M. P. XI.
Soruioduni M. P. IX.
Vindogladia M. P. XIII. 15.
Durnouaria M. P. VIII.

Muri-

Muriduno M. P. XXXVI. Britãnia.
Scadum Nunniorum * M. P. XV. 12.
Leucaro M. P. XV.
Nido M. P. XV.
Bomio M. P. XV.
Iscelegua Augusti * M. P. XXVIII.
Burrio M. P. IX.
Gobannio M. P. XII.
Magnis M. P. XXII.
Brauinio * M. P. XXIIII.
Viriconio M. P. XXVII.

ITEM AB ISCA
Calleua M. P. CIX. ſic
Burrio M. P. IX.
Bleſtio M. P. XI.
Ariconio M. P. XI.
Cleuo M. P. XV.
Durocornouio M. P. XIIII.
Spinis M. P. XV.
Calleua M. P. XV.

Item alio itinere
AB ISCA
Calleua M. P. CIII. ſic
Venta Silurum M. P. IX.
Abone M. P. IX.
Traiectus M. P. IX.
A. . is Solis M. P. VI.

Britãnia. *Verlucione* M. P. XV.
Cunetione M. P. XX.
Spinis M. P. XV.
Calleua M. P. XV.

ITEM A CALLEVA
Iſcadum Nunniorum M. P. CXXXVI. ſic:

Vindomi M. P. XV.
Venta Belgarum M. P. XXI.
Brige M. P. XI.
Sorbiodoni M. P. VIII.
Vindocladia M. P. XII.
*Durnonouaria** M. P. VIIII.
Moriduno M. P. XXXVI.
Iſcadum Nunniorum M. P. XV.

ITINE-

ITINERARIVM MARITIMVM.

QVAE LOCA TANGERE DEbeas, cùm nauigare cœperis ex provincia ACHAIA per Siciliam ad AFRICAM vsque.

Ab Isthmo Naupactum vsq; provinciæ Achaiæ stadia DCCI.

A Naupacto Oxeas provinciæ Epiri *veteris stadia* CCCC.

Ab Oxeis Nicopoli provinciæ suprascriptæ stadia DCC.

A Nicopoli Buthroto provinciæ suprascriptæ stadia D.

*A Buthroto Sassionis insula * provinciæ suprascriptæ super* Acroceraunia, *& relinquit Aulonam in dextro interius, stadia* C.

A Sassionis insula traiectus Hydrunto *provinciæ* Calabriæ *stadia* CCCC.

Ab Hydrunti litoraria Leucas ** provinciæ suprascriptæ stadia* CCC.

A Leucis Crotona provinciæ stadia DCCCC.

*A Crotona Naus * provinciæ stadia* C.

A Naus Stilida provinciæ suprascriptæ stadia DC.

O

Ab Stilida Zephyro provinciæ ſtadia CCCXX. 420.

A Zephyro Regio ciuitatis provinciæ ſuprascriptæ ſtadia CCCCXX.

A Regio traiectus in Sicilia ciuitas Meſſana ſtadia LXX.

A Meſſana Taurominio ciuitas provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia CCL.

A Taurominio Catine ciuitas provinciæ ſupraſcriptœ ſtadia CCC.

A Catine Syracuſas ciuitas provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia DCC. 800.

A Syracuſis Pachino provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia CCCC.

Ab Agrigento Lilybæum ciuitas provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia CCL.

A Lilybæo inſula, quæ appellatur Maritima*, provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia CCC.

A Maritima inſula traiectus in Africam, id eſt ſtadia DCCCC.

Idem, ſi Aegimurum* inſulã voluerit provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia DCCCC.

Si Miſſuam* ciuitatem provinciæ ſupraſcriptæ ſtadia mille.

A Miſſua Carpos ſtadia CCC.

A Carpos Carthagine ſtadia CCC. 150.

Si autem non Carthagine, ſed ſuperiùs ad Libyam verſus volueris applicare, debes venire de Sicilia ab inſula Maritima

ma in promōtorio Mercurij, stadia DCC.
Si Clipea, stadia DCC.
Si Curubi, stadia DCCC. 900.
Si Neapoli, stadia numero mille C.
Si Hadrumeto, stadia mille DXL.
Item à portu Augusti Vrbis traiectus in Africa Carthaginē stadia quinquies mille CCL.
A Lilybæo de Sicilia in Carthaginem stadia mille D.
A Caralis Sardiana traiectus in portum Augusti stadia* III. *millia.*
A Caralis traiectus in Africam Carthaginem stadia mille D.
A Caralis Galatam vsq; Insulam stadia* DCCCCXXV.
A Galata Tabracam in Africam stadia CCC.
Inter Corsicam & Sardiniam fretum Gallicum stadia XC.

DE HISPANIIS.

A Bellone traiectus in Tingi Mauritaniam stadia CCXX.
A Carthagine Spartaria traiectus Cæsarea Mauritaniæ stadia III.*millia.*

DE GALLIIS.

A Portu Gesorigiagensi ad portum Ritu-*

pium stadia CCCCI.

DE HISTRIA.

A *Pola Iader in Dalmatias stadia mille* CCCCL.* 1500

DE ITALIA.

Ab Ancona Iader in Dalmatias stadia mille D.

Ab Aterno Salonas in Dalmatias stadia mille D.

A *Brundusio de Calabria, siue ab Hidrunti Aulone, stadia mille.*

A *Brundusio Durachi in Macedoniam stadia mille.*

A *Salona Siponto stadia mille* D.*

ITINERARIVM PORTVS*, VEL POsitionum nauium.

Ab vrbe Arelato vsq; ad portum Augusti M.P.XXXVIII.

A *Pyrgis Panapione milia plus minus* III.

A *Panapione Castro-nouo positio* M.P.VII.

A *Castro-nouo Centum-Cellis positio* M.P.V. 3.

A *Centum-Cellis Algas positio* M.P.III.

Ab Algis Rapioni positio M.P.III.

A *Rapionio Grauiscas positio* M.P.VI.

A Grac.

A *Grauiſcis Maltano poſitio* M. P. III.
A *Malcano Quintiana poſitio* M. P. III.
A *Quintiana Regas poſitio* M. P. VI. 3.
A *Regas Arnine fluuius * habet poſitionem* M. P. III.
Ab *Arnine portu Herculis* M. P. XXX.
A *portu Herculis Incitaria * portus* M. P. VIIII.
Ab *Incitaria Domitiana poſitio* M. P. III.
A *Domitiana Almiania fluuium * habet poſitionem* M. P.
Ab *Almiania Portus Talomonis* M. P.
A *Portu Talomonis Vmbronis* M. P. XII.
A *Portu Talomonis Lacu Aprili poſitio* M. P. XVIII.
A *Lacu Aprili in Alma flumen habet poſitionem* M. P. XVIIII. 24.
Ab *Alma flumẽ Scapris * portus* M. P. VI.
Ab *Scapris Faleſia * portus* M. P. XVIII.
A *Faleſia Populonio portus* M. P. XII.
A *Populonio Vadis * portus* M. P. XXX.
A *Vadis Portu Piſano* M. P. XVIII.
A *Portu Piſano Piſis fluuius ** M. P. VIII.
A *Piſis Lunæ fluuius Macra* M. P. XXX.
A *Lunæ Segeste * poſitio* M. P. XXX.
A *portu Veneris portu Delphini* M. P. XVIII.
A *portu Delphini Genua portus* M. P. XVIII. 12.
A *Genua Vadis * portus* M. P. XXX.

A Vadis Suadis Albingauno *positio* M. P. XVII.

Ab Albingauno *portum* Maurici M. P. XXV.

A Viginti-milio Plagia * M. P. XV. 12.

A Vigintimilio Erclemannico * *portus* M. P. XVI.

Ab Herclemannico Visione *portus* M. P. XXII.

A Visione * Anaone * *portus* M. P. IIII.

Ab Anaone ad Oliuula *portus* M. P. XII.

Ab Oliuula Nicia *plagia* M. P. V.

A Nicia Antipoli *portus* M. P. XVI.

Ab Antipoli Lero & Lerinus * *insulæ* M. P. XI.

A Lero & Lerino Foro-Iulij *portus* M. P. XXVII.

A Foro Iulij *sinus* Samblacitanus * *plagia* M. P. XXV.

A *sinu* Samblacitano Heraclia Caccabaria *portus* M. P. XVI.

Ab Heraclia Caccabaria Alconis M. P. XII.

Ab Alconis Pompeianis *portus* M. P. XXX.

A Pompeianis Telonem * Marcio *portus* M. P. XVIII.

A Telone Marcio Taurento *portus* M. P. XII.

A Taurento Carsicis *portus* M. P. XII.

A Carsicis Citarista *portus* M. P. XVIII.

A Citarista *portu* Mines *positio* M. P. VI.

A Pop-

A Portu Mines in Matras positio M. P. XII.

Ab Immatris Massilia Græcorum portus M. P. XII.

A Massilia Græcorum Incaro * *positio* M. P. XII.

Ab Incaro *Dilis positio* M. P. VIII.

A Dilis Fossis marianis M. P. XII.

A Fossis ad gratum Massilianorum fluuius Rhodanus * M. P. XVI.

A Gratu *per fluuium Rhodanum* Arelatum M. P. XXX.

INSVLAE

IN MARI OCEANO, QVOD GALLIAS & Britannias interluit:

Orcades insula.	*Vxantisina *.*
Glota.	*Riduna *.*
Hiuerione.	*Vecta.*
Barsa.	*Sarmia *.*
*Lisia *.*	*Cæsarea.*
*Vindelisiaca *.*	*Andium *.*
*Iga *.*	*Sicdelis *.*

INTER HISPANIAS ET Tingi Mauritaniam

*Insula Diana *. Lesbos *. Erusos *. Ab hac insula Carthagine * Spartaria stadia* CCCC. *Et à suprascripta insula ad Baleares stadia* CCC.

*Insula Columba * Balearis maior.*

Insula Nura Balearis minor. Inter se habent Baleares stadia DC.

ITEM INTER CARTHAGinem Spartariam & Cæsaream Mauritaniam

Insula Erroris & Tauria inter se habent stadia

stadia LXXV.

*Ad has suprascriptas insulas à Calamade * Mauritania Amecas * stadiæ* LXXV.

*Insula Crinis * & Stocadis.*

ITEM INTER SARDINIAM & Italiam

*Insula Ilba * de Tuscia à Populonio stadia* DC.

Insula Planasia. Inter Ilbam & Planasiã sunt stadia XC.

*Insula Igilium * à Cosa stadia* XC.

ITEM INTER SARDINIAM & Africam

*Insulà Galatha *.*

A Caralis de Sardinia stadia DCCXXX.

Tabraca ex Africa stadia CCC.

Insulæ Palmaria. Inter hanc & Galatham stadia XL. 45.

*Insula Phalans *. Insula Vulturia.*

Ante promontorium Apollinis Egimurũ insula à Carthagine stadia CCXXX.

INTER ITALIAM ET Siciliam

Insulæ numero III. *Pontiæ * a Terracina stadia* CCC.

Insula Pandaterira à Terracina stadia CCC.

Insula Egina, Insula Aenaria, à Cumis de Campania stadia XLV.

Insula Propo circa à Misedone de Campania stadia* XXX.

Insula Capraria de Puteolis stadia* CCC.

Aegira, & Celsina, item insulæ numero III, *Aegina, Heracliotes & Didymæ, Insula Strongylos, à Messana stadia* CCCXX.

Insula Lipara. A Strongylos Liparis sunt stadia CCC.

Insula Heraclia.*

Insula Arethusa & Tapsus: distat ab oppido Megara, id est Castello Syracusanorum, stadia* XI. 40.

ITEM INTER SICILIAM & Africam

Insula Cossura. A Lilybeo sunt stadia* CLXXX. *A Clipea ex Africa stadia* DXC.

Insula Maltaciæ Festa, & Falacron.*

Insula Cercenna. hæc à Tacapis distat stadia* DCXXII.

Insula Girba. Aguti* de Tripoli stadia* XC.

Insula Tragria. Cæphalenia.*

Syrota *. *Ithaca. Asteris. Propaxos. Paxos. Oxia.*

INTER DALMATIAS & Istriam

Insula Apsoros *. *Brattia. Solemna* *. *Issa.*
Lissa *. *Corcyra* *. *Melta* *.
A Melta Epidaros stadia CC.
Insula Sato * *à Durrachio stadia* CCC.
Insula Casiope *.
Insula Goreiro *.
Ab Hydrunti Casiope insula stadia mille.
Hæ suprascriptæ duæ insulæ stadia XX.
Insula PIRIDIS * *in mare quod Thraciam & Cretam interluit.*

Insula Erytra *.	*Hios.*
Delessa *.	*Tenedos.*
Euboea.	*Tenos.*
Carsa *.	*Boia.*
Calchis.	*Balesos.*
Lemnos.	*Andros.*
Sigeos *.	*Icos* *.
Samothracia.	*Cale.*
Anacole.	*Calchia.*
Calippia.	*Scyros.*
Cea *.	*Icaria.*
Andros.	

Insulæ STROPHADES, *quæ antè Plotæ* dictæ sunt, in Ionio mari, quo Græcia adluitur. In hac Harpyiæ morabantur.*

Insulæ CEPHALANAE *Zacynthos & Dulichia. Hic est mons Ithacus, vbi est patria Vlyssis.*

Insulæ PARNASSI *montis, Dyopes*.*

Insula SAMOS *in mari Aegeo: in hac Iuno nata est.*

Insula Bœotiæ, AVLIS. *In hac Græci adversus Troianos conspirauerunt.*

Insula PALLENE *in Thracia. In hac Minerua nutrita est.*

Insula CYPRVS, *siue Paphos, Veneri consecrata, in Carphatio mari.*

Item in HELLESPONTO.

Insulæ Cyclades inter Aegeum & Malleum mare constitutæ: circundantur etiam pelago Myrtoo.

Delos. In hac Apollo & Diana ex Latona nati sunt. Hæc insula Ortyx dicta est, ab Arcteria sorore Latonæ: quæ cùm vim Iouis fugeret, in Coturnicem conversa illuc delata est.

Mygonos à Delo distat stadia* D.

Icasia à Myconon distat stadia* CCC.

Diony-

Dionyſa. Edeneida*. Scyros*.*

Inſula PAROS. *In hac lapis candidiſſimus naſcitur, qui dicitur Parius.*

Naxos. In hac Ariadne à Theſeo relicta, à Libero patre adamata eſt.

Foce.*	*Cimelos.*
Leuci.	*Coos.*
Cynthos:*	*Olearos.*
Aſcaphos.	*Andros.*
Seriphos.	*Giaros.*
Siphonos.	

Supraſcriptæ inſulæ in mari natare ſolitæ erant: has Apollo colligauit & ſtabiles fecit.

SCHOLIA IN ITINERARIVM ANTONII AVGVSTI IOSIA SIMLERO *auctore.*

Africæ itinera.

pag.81. A Tingi Mauritaniæ, id est, vbi Baccanates & Macenites, etc. *In exemplaribus duobus manuscriptis legitur Baccauates & Macanites: in Parisiensi Baccanates & Macenites: à Ptolemæo Bacuatæ & Macanitæ nominantur. Sed hoc leuius est: verùm Exploratio Mercurij totum hunc locum obscurum & ambiguum facit. Promontorium Mercurij prope Carthaginem collocatur à Strabone, Ptolemæo, Mela, Plinio: sinum enim Carthaginensem efficiũt duo promontoria Apollinis: vnũ versus occasum, in quo Vtica, alterum Mercurij ad orientem, in quo Clupea ciuitas. Atq; huius promontorij mentionem facere Antonium quidam iudicant, vt iter à Tingi vsq; ad hoc promontorium describat: atq; in Parisiensi exẽplari, & M. C. Pithœi legitur, Ad explorationem, quod Mercurius dicitur*

dicitur. Sed huic lectioni repugnat particularis mansionum enumeratio, nam ea Carthaginem tantùm perducitur, deinde alia itinera versus occasum ponuntur: post plura tamen itinera ponitur iter à Carthagine Clupeam, quam diximus in promontorio sitam, sed Mercurij non fit mentio, & distantia ponitur LXXXV.M.P. *hîc aũt* CLXXIV. M.P. *Deinde si hanc sententiam sequamur, nullum initiũ itineris ponitur ab Antonio. nam ponit Tingi vsq;* CLXXIIII. M. P. *sed vnde initium sumat hoc iter, non exprimit. In exemplari manuscripto Aegidij Scudi, & in Veneta editione legitur, Ab exploratione: & postea A Mercurios Tingi* M. P. CLXXIIII. *mansionibus his. Itaq; Mercurij exploratio initium itineris ponitur in extrema Mauritania Tingitana, ad Oceanum vbi Baccauates & Macanites barbari habitant. Hanc lectionem si sequamur, nihil erit obscuritatis in hac enumeratione itineris, nisi quòd dubitatur, quænam sit Mercurij exploratio, cuius nulla à Geographis mentio fit: fortè tamen specula hæc fuit in Athlante minore. nam Salam vrbẽ, quæ primo loco hic enumeratur, Ptolemæus non longè ab Athlante minore ponit.*

Salaconia. *Mela, Plinius & Ptolemæus oppidum Salam nominant, sitũ iuxta eius-*

dem nominis fluuium, & solitudinibus vicinum. Equidem dubito, an pro Salaconia legendum sit Sala colonia: sed Plinius hanc non numerat inter colonias. Sellam, vel Selam hodie nominari aiunt.

Banasa *Plinius hanc Valentiam cognominatã scribit,* LXXV. M. P. *à Lixo distantem: sed ab Antonio hîc tantùm* L. M. P. *numerantur: apud Ptolemæum differentia longitudinis est* XV. *scrupulorum, latitudinis* X. *scrup.* Moletius Fanzaram hodie nominari scribit. Leo Africanus Fanzaram X. M. P. *à Sela distare scribit: hîc aũt* LXV. M. *distantia ponitur, quare Moletio assentiri non possum.*

Frigidis. Liber Notitiarum nominat *Friglas.*

Lix colonia. *Ptolemæo Lixa, Melæ Lixo, Plinio Lixos. Strabo videtur Lixum cum Tingi confũndere. Multa de hac scribit Plinius, qui coloniã à Claudio Cæsare factam tradit.* Hanc Gerardus Mercator hodie Larach *nominari ait: Iacobus Castaldus Larissam, Moletius Basram.*

pag. 82. Tabernis. *Tabernarum in Mauritania Tingitana meminit liber Notít.*

Zilis. *Ptolemæo Zilia, Straboni Zelis: Plinio Zilis,* XXXII. M. P. *à Lixo distans: noster tantùm* XXX. *numerat. Moletius*

Arzila

Arzillam nominari ait. Iac. Castaldus Alzer. Sed Zilia ad Oceanum ponitur veteribus, cùm Alger ad Mediterraneum mare posita sit.

Ad Mercurios. *In itinere à Tocolosida Tingi, ponitur etiam Ad Mercurios,* XVIII. *M. à Tingi. sed illic in Parisiēsi editione adnotatur, quædam exemplaria habere Ad Marios: quam lectionem hîc quoq; retinere malim differentiæ causa: est enim hic locus alius à Mercurij exploratione, cuius ab initio mentio facta est.*

Tingi *vrbs notissima apud Geographos, à Claudio Cæsare colonia facta est, & Iulia traducta appellata, vt Plinius tradit: à Lusitanis hodie Tangiara nominatur.*

Ad Aquilam minorem. *In Parisiensi exēplari, & M.C. Scudi, duæ Aquilæ commemorantur, quarum maior distat à minori* XV. M. *sed in exemplari Pithœi maior omittitur, atque ita meliùs numeri respondent summæ itineris Rusader vsq;.*

Promontorium Barbari. *Hoc fortè illud est, quod Ptolemæus Oleastrum vocat: quod autem mox simpliciter* Promontorium *Antonius nominat, Ptolemæo est Sestiarium.*

Rusader colonia. *Parisiense exemplar habet Conalia, cum quo manuscriptum*

exemplar consentit : & Scudus legit Colonia. Ptolemæus Ryssadirum vocat, Plinius Rusadir oppidum & portus. Moletio Mellila, vel Melela: Iacobo Castaldo Arcadia.

Flumen Malua. *Plinio Maluana fluuius nauigabilis.*

Siga municipium. *Plinius scribit, Sigam ex aduerso Malachæ in Hispania Siphacis regiam fuisse : idem Strabo asserit. Mela Paruam vrbem vocat. Moletio est Seren, Castaldo Humain.*

pag. 83. Portus diuinos. *Ptolemæo & Straboni Deorũ portus. Distat autem à Siga* DC. *stadiis, vt Strabo tradit. Antonius numerat* XCVIII. M. P. *quæ faciunt stadia* DCCLXXXIIII. *Moletio est portus Mazaga.*

Portus magnus. *Hic cognomen à spacio accepit, vt Mela scribit & Plinius, oppidum ciuium Romanorum. Ptolemæo fortè Ereium magnum, Masaquibir.*

Quiza municipium. *Ptolemæo Buiza. Plinio Quiza Xenitana peregrinorum oppidum. Moletio est Oranum.*

Arsenaria. *Plinio Arsennaria, Latinorum oppidum: Ptolemæo Arsenaria colonia. Ponitur autem à Ptolemæo Deorum portus inter Arsenariã & Quizam. hodie Arzen.*

Cartenna colonia. *In Parisiensi editione legitur Gorsenna: sed Ptolemæus, Mela,*

la,Plinius Cartennam vocant. Moletio est Mastigam, Castaldo Mazzagran : aliis Carcello.

Lar castellum. *Fortè Caripula Ptolemæo: & Cartilicidem Carcoma.*

Gunucus. *Ptolemæo Lagnutum, Plinio Gunugi colonia. Errat Moletius, qui Apollinis promontorium Gunugi dictum scribit Plinio: rùm tamen Plinius post Gunugi ponat promontórium Apollinis, & in eodem Cæsaream oppidum : est autem aliud hoc promontorium ab eo quod Carthaginensem sinum facit, & quoq; Apollinis nomen habet.*

Casa Calbenti. *A Ptolemæo inter Tipasam & Icosium ponitur Via: Moletio Brisch.*

Rungoniæ coloniæ. *Ptolemæo Rustonium, Plinio Rusconiæ colonia Augusti. In Conciliis Rusconiensis, vel Rugoniensis episcopus nominatur. Castaldo nunc Bresca.*

Rusuppicari. *Ptolemæo Rusiabar.*

Rusucurro. *Russocora Ptolemæo. Plinio Ruscurium, ciuitate honoratum à Claudio. In Conc. nominatur episcopus Ruscuriensis, & Rusocorensis, & Rusucurrensis. Moletio nunc Garbellus.*

Iomnium. *In alio exemplari Ionium: sed à Ptolemæo quoque Iomnium vocatur: Moletio Caffom*

Rusaxis *municipium. Ptol. Rusazus, Plinio Ruzasus colonia Augusti. Moletio hodie Carbona.*

Salde. *Hanc Plinius coloniam ab Augusto factam scribit. Moletio est Bugia Aegia: Castaldo Algier: Gerardo Mercatori Tadelis.*

Coba. *Hæc in quibusdam exemplaribus ante Muslubium ponitur, in aliis id sequitur: à Ptolemæo Chobath nominatur.*

Igilogili colonia. *Nomen huius coloniæ alibi Igigili scribitur: à Plinio & Ptolemæo Igilgili. Ab hac Marcellinus denominat littus Igilgitanum in Sitifensi prouincia. Moletio hodie Gigeli, vel Gigel.*

pag. 84. Chulli municipium. *Plinio Cullu: Ptolemæo Cullu & Collops magnus. Moletio Alcolo.*

Rusicade. *Duæ sunt vrbes huius nominis in Africa: vna in Mauritania, cuius Mela meminit, Rusicada et Siga paruæ vrbes: altera, cuius hîc fit mentio, quam Mela & Ptolemæus in Africa minore, Plinius in Numidia recenset.*

Cullicitanis, *vel Cullitanis.*

Tacata, *vel Iacata. Ptol. Tacatia: Plinio Tacatua. Moletio Suchaicada.*

Sulluco, *vel Sullucto.*

Hippone regio. *Moletio Bona.*

Thabra-

Thabraca. *Plinio Tabracha oppidum ciuium Romanorum: aliis Tabacra: Stephano & Polybio Tabathra, Moletio Bugio.*

Hippone Zaryto. *Græcis Hippon διάῤῥυτος, propter aquarum irrigua: hodie Biserta.*

Toneiza. *Ptolemæo Thinissa: item in Concilio Carthaginensi Tinisa. Moletio nunc Tamacrati.*

Ad Gallum gallinaceum. *Hoc loco inter Vticam & Carthaginem à Plinio & Ptolemæo ponuntur Castra Cornelia, quorum etiam Mela & Cæsar meminere.*

Volubilis colonia. *Plinius Volubile oppidum à Banasa* XXXV. M. P. *& à Lixo* L. M. *distare scribit. Moletio Fessa.*

Gilda. *Ptol. Silda.*

Vipotianis: *vel Viposcianis. Ptol. Ptisciana fortè: quamvis hæc inter Volubilem & Sildam ab eo ponatur. Moletio Rubea petra.*

Oppido nouo. *Ptolemæo arbitror esse Oppinum: recenset quidam Oppidum nouum coloniam in Cæsariensi provincia: sed id, cuius hîc fit mentio, in Tingitana est.*

Vnuca. *Quædam exemplaria Vnaca habent: alia Vtica. Postea in aliis itineribus rursus Vnucæ fit mentio, quæ* XXI. M. P. *Carthagine distat, Cùm autem maior sit* pag. 85.

Vticæ distantia, iuxta Ptolemæi numeros, malo hîc Vnucæ nomen seruare.

Sicilibra. *Hæc in Conc. libro Sicilibba nominatur.*

Laribus colonia. *Suprà posuit Lar castellum prope Cartennam: sed colonia, cuius hîc meminit, alia est à castello. nam hoc in Mauritania Cæsariensi iacet, colonia autem in Numidia, & circiter* DC. M. P. *à Cæsarea distat: castellum autem tantùm* LVI. M. P. *Meminit huius oppidi Sallustius in Iugurthino, ac scribit, Marium ibi stipendium & cõmeatum locasse. In concilio Carthaginensi, quod sub Cypriano conuenit, nominatur Hortensius à Laribus episcopus.*

Admedera colonia. *Ptol. Ammedera: in Conc. Africano Ammeclera.*

Thebeste colonia: *in aliis exemplaribus Theueste vel Thabeste: similiter in Conciliorum subscriptionibus variè hoc nomen scribitur.*

Marcemeni: *vel Mercimeri.*

Macomadibus, *& Mocomadibus, vel Marcomadib. Cassius à Macomadib. episcopus nominatur in conc. Carth. Macomades verò plures fuerũt in Africa: prima, quæ hîc cõmemoratur in Numidia,* LIII. M. P. *à Cirtha: altera in Byzacena prouincia* XVII. M. P. *à Tenis. huius meminit Plinius. Ptol.*

Maco-

Macodamam vocat: tertia in Tripolitana, vltra Leptim magnam, quam noster Macomadibus Sirtis nominat: atque hæc fortè est Machomaca villa Ptolemæo: huius meminit liber Notit. in Tripolitana provincia.

Sigus: hæc etiam Isigus, & Esigus nominatur ab Antonio.

Mileum: Ptolemæo fortè Mireum. Hæc est, vt arbitror, ciuitas Mileuitana, vbi concilium contra Pelagianos habitum est: etsi sunt, qui Melitæ habitum tradunt, quod mihi non probatur. Polliculus à Mileo interfuit concilio Carthaginensi.

Idicra: vel Idicria, aut Idrica, aut Idicta: exemplaria nanque in hoc nomine variant.

Ciuiculi, vel Cuiculi: atq; sic etiam in Concilib. nominatur.

Sitifi. Procopius Sitifis metropolis Zeben regionis Mauritaniæ. Ab hac ciuitate nomen accepit Sitifensis Mauritania, quæ proprium præsidem habuit, sub dispositione viri spectabilis Vicarij Africæ. Hæc quibusdam videtur à Ptolemæo nominari Sitticô colonia. Ego tamen malim id de Cirta Sittianorum colonia intelligere. Neque obstat, quòd in secunda tabula Cirtam Iuliam nominat, nam duarum Cirtarũ Plinius mentionem facit, quarum alteram Siccam co-

gnominatam, magis mediterraneam facit. Mela verò Cirtam Sittianorum coloniam procul à mari sitam fuisse tradit. Nomen *accepit à* P. *Sittio, cuius meminere Sallustius in* Coniuratione Catilinæ, Hircius de *bello Africo,* Dio *lib.* 43. *Appianus lib.* 4. *de bellis ciuilibus.*

Tatilli, *vel Tatildi.*

pag. 86. Caput Cillani. *In libro* Notitiarũ *mentio fit limitis* Caput Cellensis, *in* Mauritania *Cæsariensi, & in Africa.*

Sufasar. *Fortè Succabar Plinio, &* Ptol. *Zuchabar:* Marcellino *Sugabarritanũ municipium* Transcellensi *monti accliue.*

Tubusuttus, *& Tubusuptus* Ptol. *Plin. Ammiano, oppidum* Ferrato *monti proximum. Præpositus limitis* Tubusubditani, *sub dispositione* V. S. *Comitis Africæ limitanei, recensetur in lib.* Notitiarum.

Taducij, *vel* Tadutidum, *Ptolemæo fortè Thumudromum.*

Gemellas. *Limitis Gemellensis mentio fit in libro* Notit.

Claudi, *vel Cludi.*

Diana. *Eadem fortè, quæ pòst* Diana *Veteranorum nominatur: suprà etiam post* Hipponem *Regium ponitur,* Ad Dianam, *vel, vt alij legunt,* Addianum.

pag. 87. Zarai, *vel Sarai.*

Gala.

Gala. *Ptol. Galapha.*
Ad Rubras, *vel Adrubas.*
Ad Drachonos, *vel ad* Dracones.
Ballene *præsidium, vel Pellenæ.*
Mina. *Ptol. Miniara.* pag. 88.
Cadaum, *vel Cadauni castra.*
Vagal, *vel Vagai. In libro Conc. Bigai, & apud Augustinum Bagai. Aliud est Vagense oppidum, apud Plinium, Ptol. Vagæ.*
Castellum Tingitu, *vel Tigiani.* Hoc *fortè id est, quod Marcellinus Castellum Tingitanum vocat.*
Tigaua castra. *Marcellinus Tigauias nominat: Plinio Tigauæ.*
Vilisci, *siue Velescum.*
Taranamusa castra. *Post hanc mansionem ponitur in Scudi exemplari & Aldino Tramaricitum præsidium* M. P. XVI, *quod in aliis omittitur: deinde Rapida castra, quæ in aliis ante Veliscum ponuntur.*
Tigisi. *Ptolemæo Tigis.*
Asaua municipium. Hoc *in* Conc. *lib. videtur nominari Awasafa.*
Sitifi colonia, &
Satafi, *in quibusdam exemplaribus se ordine sequuntur, in aliis Ad Basilicam interponitur. Ego dubito, an Sitifi colonia tantùm ponenda sit, idq; priori loco ante Basilicam: nam alio itinere à Sitifi Saldas,*

eadem, quæ hîc, distantia ponitur M. P. LXXIX. *Satafi autem prorsus omittendum: nam & alibi in primo itinere à Saldis Igilgilim, distantia numeratur per Cobam & Muslubium* XCIII. M. P. *hîc autem* CLIX. *ponuntur: etiam si verò aliud iter sit, tamẽ nimia videtur distantia.*

pag. 89. Ad Rotam, *vel Rota. Hæc à D. Augustino contra Cresconium lib. 3. Rotaria nominatur.*

Sicca. *Hæc paulo pòst nominatur Sicca Veneria: quo modo etiam à Plinio nuncupatur.*

Narragara. *Ptolemæo Narrangara.*

Thagura, *vel Thigura.*

Tipasa. *Hæc Numidiæ vrbs est: suprà meminit alterius Tipasæ, quæ tantùm* XVI. M. P. *à Cæsarea distat. Mauritaniæ oppidum Latio datum, cuius Plinius meminit.*

Simitu colonia. *Ita etiam nominatur ab Augustino, & in Conciliorum lib. Plinius vocat Simituense oppidum ciuium Romanorum: Ptol. Simischi.*

pag. 90. Nouis Aquilianis, *vel Nouili aquilianis.*

Vicus Augusti. *In lib. Conc. Vicus Cæsaris.*

Auacaria, *vel Auicaria. Ptol. Auitta.*

Tuburbo minus. *Ptol. Tobros. Concilio-*

ciliorum libro Tuborbo.

Tagaſte. *Ita etiam in lib. Conc. Plinio Tageſtenſe oppidum.*

Membreſſa. *Similiter Auguſtinus & Procopius: lib. Conc. Membraſſa. Scribit autem Procopius, oppidum hoc diſtare à Carthagine* XXXVII. M. P. S. *hîc* XIII. *& s. plura numerantur: arbitror autem numeros hîc vitioſos eſſe, quandoquidem, cum aliis locis noſtri auctoris non conſentiunt: ſuprà enim inter Vnucam & Sicilibram poſuit* VII. M. P. *hîc ponit* XIII. M.

Pertuſa: *aliàs Percus.*

Sufetula. *Hæc in Conc. Suficula & Suſecula nominatur.*

Marazanis. *Apud Cyprianum nominatur Maxrazana.* pag. 91.

Tucca Terebentina. *Hæc fortè eſt, quæ in Conc. Thuccabori nominatur.*

Sufetula &

Nara: *horum locorum ordo in exemplaribus variat.*

Tabalta *In lib. Conc. Thasbalte. Hinc fortè dictus eſt limes Tabiatenſis in libro Notit. cuius præfectus erat ſub diſpoſitione Comitis Africæ.*

Cellis Picentinis. *Fortè Cellis Byzacenis in itinere à Carthagine Thenas, Cellæ vicus nominatur. hæc fortè eſt Zella Straboni.* Pag. 92.

Assuras. *A Ptolemæo ponitur Assurus: sed id aliud oppidum est, nam in* Numidia *citra Carthaginem ad occasum ponitur: at hoc in* Byzacena *vltra Carthaginem.* Plinius *meminit Azuritani oppidi. In conc. Africano nominãtur episcopi, Victor ab Assuris, et* Felix *ab Accura, quæ fortè est Assura.*

Viua, *vel Vina.*

Putput, *vel Pupput.* Conc. *lib. Pupput.*

Hadrumetum. *In veteri codice vbiq; scribitur cum aspiratione: alij* Adrumetum *malũt: vrbs notissima ex scriptis veterum, hodie* Machomedia.

Masclianis. *In* Conc. *Africano* II. *nominatur* Numidius *episcopus Masclianitanus: in quibusdam exemplaribus, Massylitanus, &* Maxulitanus.

pag. 93. Tusdrum, *vel Tysdrum, aut Thysdrũ, nam vtroq; modo à* Veteribus *scribitur.*

Alio itinere à Teueste Tusdro. *Totum hoc iter in quibusdam exemplaribus invertitur, à Tusdro Teueste, mutato etiam ordine mansionum.*

pag. 94. A Sufetula Clipea M. P. CCCXVI. *Numerus hic falsus est, nam alibi à* Carthagine *Sufetulam ponuntur* CLXXII. M. P. *&* Clupea *tantùm* LXXXV. M. P. *à Carthagine distat: & quidem inter* Carthaginem *& Sufetulam posita est: præterea si mansionum*

sionũ numeri in hoc itinere in vnã summã cõiungantur, tantùm CCXV.M.P. *faciunt. Arbitror autem mansionum quoq; numeros vitiosos esse, id quod perspicitur, si eos cum superioribus itineribus conferamus.*

Clipeis, *vel Clupea.*

Maxula prates. *Maxullæ coloniæ in sinu Carthaginensi meminit Plinius: item Ptol. qui Maxulam vocat, vt proximo itinere iterum Maxula ponitur ab Antonio: hîc additur nomen Prates: qua de causa ignorare me fateor: distantia nõ est eadem: nam à Carthagine ad Maxula prates ponit* X.M.P. *ad Maxulam* XVIII.M.P. *Fortè igitur iter vnum ducit per Maxulam ciuitatem maritimam, alterum per campos Maxulanorum, quos Maxula Prata vocauit, vt Pratis, vel Prata legatur: nisi alia Maxula hoc cognomine priori vicina fuerit.*

A Carthagine Thenis M.P.CCXVII. *Eandem prorsus distantiam ponit Plinius. Ponuntur autem Thenæ à Ptolemæo ad Syrtim minorem.*

Gita municipium. *Ptolemæo Gichtis: Moletio hodie Galfanacar.* pag. 95.

Ponte-zita municipium. *Hoc fortè id oppidum est, quod Hircius de bello Afric. Zettam nominat. Ptol. Zetha extrema: Moletio Scala Ris.*

Fifida, *vel Pisida. Fortè Pisidon portus Ptolemæo, quamvis hunc post Sabratam ponat.*

Sabrata colonia. *Syrtim minorẽ tangit, Plinio teste: Ptol. Sabathra vocatur: hodie Saxambes Moletio.*

Oea. *In Conc. Carthaginensi sub Cypriano nominatur Natalis à Boia: vbi legendum, ab Oea.*

Seggera, *vel Soggera. In lib. Conc. Segermis.*

Auzuis. *Ptol. Azuis.*

Macomadibus Syrtis: *Ptolemæo Macomaca villa ad Syrtim magnam: lib. Notit. in Tripolitana provincia, Limes Macomadensis.*

pag. 96. Tramaritiolo, *vel Tramaricio.*

Dictuca, *vel Dicdica. In Conc. Doctitorum episcopus.*

Banadedari, *vel Benade, aut Banade.*

Tinioridi, *vel Timoridi.*

Boreum. *Promontoriũ hoc Syrtim maiorem includere scribit Plinius: hodie vocatur Caput Teiones.*

Tinci Ausari. *Ausurianorum meminit Synæsius.*

Beronice. *Berenice Plinio, quondam Hesperidum vocata: distat, eodem auctore, à Lepti* CCCLXXXV. M. P. *Sed hîc longè maior*

maior distantia ponitur: quoniam Plinius rectam distantiam annotat. Antonius verò iter terrestre, quâ longo ambitu circumeunda est Syrtis maior: hodie Bernicho dicitur.

Theucira. *Eadem Arsinoë quoq; dicta: distat Plinio à Berenice* XLIII. M. P. *noster Antonius* XLVI. *numerat. Hodie Tochàra nominatur.*

Ptolemais. *Antiquo nomine Barce, Plinio* XXII. M. P. *à Theucira: hodie Tolometa.*

Semeros. *Ptol. fortè Zemisthus.*

Darnis, *aliàs Dardanis: Ptol. Darnis.*

Badris, *vel Batris, aut Baradris. In Con. Carthaginensi nominatur Datiuus à Badis, vbi quædam exemplaria habent, Badris. Fortè est Batrachus portus Ptolemæo, hodie Trabochio.*

Catabathmon. *Catabathmos oppidum & vallis repentè conuexa, finis est Cyrenaicæ. Quòd autem hîc post Catabathmū ponitur Alexandria, idq; addito* IX. M. P. *numero, manifestum est mendum: ex Plinio enim constat Alexandriam à Cyrenis distare terrestri itinere* DXXV. M. P. *à Catabathmo* CLXXXVI. M. *Videtur autem inscriptio huius itineris mendosa, in qua ponitur iter à Lepti magna Alexandriam*

DCCCCII, *cùm tamen mansiones positæ Catabathmon vsque hanc summam conficiant. Quia verò à Catabathmo incipiunt fines Alexandriæ, vtroque loco pro Alexandria ponendum putarem, Catabathmos fines Alexandriæ.*

pag. 97. *Post* Cyrenen *in exemplari manuscripto interponitur* Fines *Sarmatæ, in impresso* Fines *Samariæ, aut Armariæ, pro quo ponendum Fines Marmaricæ. Sed si Ptolemæum sequamur, Darnis finis erit Cyrenaicæ & initium Marmaricæ, itaque post Limniden, siue Limniadem, & Darnin rectiùs hoc interponi posit. Ac fieri potest, vt hæc notatio finium Marmaricæ & Alexandriæ, ex margine irrepserit, cùm nusquam alibi provinciarum limites notet, nisi Mauritaniæ vtriusque. Porrò qui hîc ponuntur fines, ita accipiendi sunt, quòd hoc loco fines Marmaricæ, & postea Alexandriæ incipiant.*

Paniuros. *Ptol. & Straboni Paliurus.*

Lucundui. *Ptolemæo fortè Leucæ camini.*

Gereatis, *vel Gertatis.*

Geras. *Ptol. Zygris villa.*

Zatilis. *Ptol. Zagylis villa.*

Paraconio, *vel Paracomo. Legendum Parætonio: quamvis altera lectio habeatur in manuscripto exemplari, constat enim ex*

Ptol.

Ptol. Strabone, Mela; *Paratonium hoc loco situm esse.*

Euticu, *vel* Futicu. *fortè* Leuce *acte*, *Ptolem.*

Dedone, *vel* Pedone. *Meminit Strabo insulæ* Pedoniæ, *inter* Paratonium *&* Alexandriam.

Caportis. *Post hoc nomen Scudius ponit* Plinthine, *&* Chersonesum *minorem, inde* Alexandriam. *Numerat autem à* Caporti Alexandriam LXII. M. P. *à* Parætonio *autem* Caportim *Antonius ponit* LXXXII. M. P. *Sed si* Parætonium *ab* Alexandria *distat* C. M. P. *vt Plinius scribit*, Caportis, *quæcunq; tandem illa sit, (nam neq; Ptol. neq; Strabo meminere) tantùm* XVIII. M. P. Alexandria *aberit. itaq; nihil interponendum, sed* Alexandriæ *nomen cum eodem numero apponendum erit.*

Agariauas, *vel* Agarlauas. *Hircius de bello Africano meminit* Agar *oppidi, & in lib. Conc.* Agræ *mentio fit.* pag. 98.

Turre Tamalleni. *In lib. Notit.* Thamallensis *limitis mentio fit. In exemplari Parisiensi malè legitur*, Turreta Malleni.

Berezeos. Bizerentanus *limes nominatur in lib. Notit.*

Ausilindi, *vel* Auxilindi.

Augina, *vel* Agina. *Lib. Conc.* Agginæ.

Tabalati. *In libro Notit. mentio fit limitis Tablatensis: de quo dubito, an à Tabal Byzacenæ, vel Tabalata Tripolitanæ provinciæ vrbe nomen habeat.*

Themelami. *In Notit. lib. Thamalloma.*

Tillabari. *Notit lib. Tillibarẽsia castra.*

Trabunacdi, *vel Trabimagdi.*

Thenteos, *vel Teutheos. Teuchitanus limes in lib. Notit.*

Talalati. *Hinc Talalatensis limes in Notit. libro.*

pag. 99. Teleptæ. *Hæc fuit metropolis Byzacenæ provinciæ, in concilio Mileuitano, Donatianus Teleptensis primas, seu primæ sedis episcopus, ex Byzacena provinc. subscripsit: hic tamen in lib. Conc. perperam Telepiensis, Tibulensis, vel Tebestensis nominatur: sed in Conc. Carthaginensi Honorio* XII. *Cos. idem Donatianus Teleptensis primæ sedis episcopus provinciæ Byzacenæ nominatur.*

Tasarte, *vel Tasarde.*

SARDINIA.

Turobole minore. *Plinio Turris Lybisonis: Ptol. Turris Bissonis.*

Vlbia. *Ptol. Olbia ciuitas maritima.*

Coclearia, *vel Godearia.*

Portus Liquidonis, *vel Liguidonis.*

Sulcis

Sulcis. *Scudius legit Supicis portus, meminit autem Supicij portus Ptolemæus. Etsi enim Solci portus, & Sulchense, vel Solchense promontorium, in Sardinia sunt, tamen non sunt in itinere à Tibulas Caralis.*

Scarpacos, *vel Sarcapos.*

Caput Thyrsi. *Thyrsi fluuij meminit* pag.100. *Ptolem.*

Sorabile. *Hæc fortè est Ptol. Saralapis. sed tum ante Thyrsim ponenda esset.*

Biora. *Ptol. Bioëa portus.*

Lugudonec, *vel Liquidonis. Ptol. inter populos Sardiniæ nominat Luquidonesios, qui in editione Moletij Luci Idonesij nominantur. Hodie pars Sardiniæ, quæ Africam spectat, caput Lugodori nominatur, sicut altera à Carali nomen habet.*

Ad Medias. *Mediæ in Aldino exemplari & Scudij commemorantur, in alijs omittuntur: sed ni ponantur, numeri mansionum non respondent distantiæ à Tibulis Caralim, quæ hîc ponitur.*

Forum Troiani *Quædam exemplaria Traiani forum nominant.*

Aquis Mapollinis, *vel Napollinis. Arbitror nomen hoc mendosum esse, & legendum Aquis Neapolitanis, quarum etiam Ptolemæus meminit. Commemorantur autem Neapolitani à [illegible] inter populos Sar-*

diniæ proximo itinere similiter post Otho-*cam* Neapolis *ponitur, quamvis minori di-stantia, quàm* Aquæ Neapolitanæ.

Erucio, *vel Erurio. Ptol. videtur esse E-ricenum.*

Ad Herculem. *Ptol. Herculis portus.*

Ad Turrem. *In huius vicinia dicitur situm esse oppidum Sasser hodie dictum.*

pag. 101. Cornos, *vel Carnosa: Ptol. Cornus, me-diterraneũ oppidum:* Moletio *hodie Galea.*

Tharbos. *Ptol. Tarre.*

Othoca. *Fortè Osæa Ptolemæo.*

Nura. *Ptol. Nora: vnde Plinio Norenses.*

CORSICA.

Miriana. *Rectiùs Mariana, nam à Ptol. in Corsica ponitur Marianum promonto-rium & ciuitas. & Plinius scribit, in Corsi-cam Marianam coloniam à Mario dedu-ctam esse.*

Palmas. *A Ptol. Palla ciuitas in meri-dionali látere Corsicæ ponitur. Polo hodie di-citur* Moletio *auctore.*

Aleria. *Plinius Aleriam coloniam à Syl-la dictatore deductam scribit. Ptol. Vale-riam nominat: nunc Leria nuncupatur.*

Portu Nauoni. *Hic fortè est Philonij portus Ptolemæo; Moletio hodie Phauona, lo-cus desolatus.*

SICI-

SICILIA. pag.102.

Tauromenium Naxo. *Vrbs Naxos in Sicilia Græcorum colonia, à Dionysio eversa est: postea in vicino colle Tauro Tauromenium exstruxit Andromachus Timæi pater, Diodoro auctore. quare hîc libenter legerim Tauromenium, quæ antea Naxos. Plinius & alij Taurominium vocant: nunc Tauormina dicitur.*

Alcio. *Rectiùs Acis, arx prope Catinam, hodie nomen ferè seruans Iacis dicta. Est etiam Acis fluuius, qui hodie Frigidus dicitur, auctore Aretio. Alij Acilium nominant.*

Capitonia. *Capitina Ciceroni, Capityum Ptolemæo.*

Gelasium Philosophianis. *Lego, Gela, siue Philosophianus. Nam postea in itinere à Catina Agrigentum, post Capitoniam similiter Philosophiane pari distantia ponitur. Cur autem Gela ita nominetur, rationem reddere non possum.*

Ad Aquas. *Quas hîc simpliciter Aquas nominat, has proximo itinere vocat Aquas Larodas: hodie Xacca dicuntur.*

Agris. *Ptol. Acreæ, Plinio Acrenses: hodie Clara mons dicitur.* pag.103.

Soluntum. *Plinio Solus, hodie Castel solanto.*

Galeate. Ptol. *Calacta.* Hinc *fortè di-*

cti sunt à Plinio Galatani.

Solusabre. *Hoc fortè est Alontiũ, quod à Ptol. inter Calactam & Agathyrium ponitur, à Plinio Aleuntium dictum.*

Agatinno, *vel Agantinno: Plinio & Straboni Agathyrsum, Ptol. Agathyrium.*

Augurio. *Plinio Agyriũ, Ptol. Agurium, hodie Sam Philippus Agirionis.*

pag. 104. Aethna. *Mons Aethna notissimus est, eiusdem nominis oppidum propinquũ Centuripis, à Strabone, Plinio & Ptol. commemoratur.*

Corconianis, *vel Corcouianis: videtur esse Cotyrga apud Ptol.*

Pithinianis, *Plinio Phyntienses: Ptol. fortè Pintia.*

pag. 105. Petrinæ *Ptolemæus meminit Petræ oppidi: Plinius Petrinorum.*

Aquæ Particianæ, *vel Perticianẽses. Illud quoq; obiter annotandũ est, à Strabone quarundam ciuitatũ Siciliæ distantias annotari, quæ tamen cum dimensione Antonij nostri non conveniunt, idq; ob hanc causam, quòd Strabo nauigationis circuitum, noster verò terrestris itineris spatia annotat. Attamen in distantia Agathyrsi & Alesi dubito, an mendum sit. Præterea numerus stadiorum à Messana Lilybæum per viam Valeriam, mendosus est apud Strabonem.*

nem. ponuntur enim milliaria 35. cùm sint 235, vt ex ipso Strabone & nostro auctore colligitur.

ITALIA.

Columna. *Hanc Plinius vocat Columnã Rhegiam, & iuxta eam fretum latitudinẽ* M. D. *habere scribit. Meminit etiam illius Strabo, qui* στύλιδα *nominat.*

Bononia. *Duæ ciuitates huius nominis ab Antonio in hoc itinere ponũtur, quarum prior, quæ post Mutinam ponitur, notissima est, & adhuc nomen seruat: altera, quam pòst Sernicum nominat, videtur esse Bouianum Samnitum, Boianum Ptolemæo dictum.* pag. 106.

Nicotera, pag. 107. & 108.

ad Malleas. *Distantia inter hæc duo loca primùm ponitur 25.* M. P. *posteriori loco 14.* M. P. *atq; ita habent tam impressi, quàm manuscripti libri. Ego posteriore loco etiam 24.* M. P. *scribenda puto: alioqui summa totius itineris non constabit.*

In medio Falerno. *Quidam Salerno, sed malè, legunt. Alij per mediũ Falernum. indicat enim viam transire per Falernum agrum Campaniæ.* pag. 107.

Ad Thamarum. *Alij Thanarum, vel Canarum.*

Ypinum, *vel Opinum.* pag. 108.

Tacina, *vel* Ticina: *fortè* Lacinium.

Budruntus, *vel* Butuntum.

Varia: *fortè* Barium.

pag. 110. Lippias. *Mela* Lubias *vocat*: Strabo & Ptol. Luspiam.

Brundusio Tarentum. *Distantiam harum duarum vrbium noster auctor ponit* 44. M. P. *Plinius* 32. M. P. *Strabo iter diei.*

A Vania. *Malim hîc pro* Vania *Bariũ substituere.*

pag. 112. Ab Arimino recto itinere Rauennam. *Tres hi versus in* Scudij *exemplari non habentur, sed in altero manuscripto & in impreßis exemplaribus leguntur. sunt autem interpositi rectè enumerationi mansionum ab* Arimino Mediolanum, *indicantes rectũ et proximũ iter ab* Arimino Aquileiã.

pag. 113. Fluuio frigido. *Prope hunc fluuium* Theodosius Eugenium & Arbogastem *vicit, vt* Nicephorus & Claudianus *scribunt: etsi quidam apud* Claudianum Frigidi *nomen pro adiectiuo falsò acceperũt. Quidam aiunt hodie* Vipao *nominari, quod nomen etiam est proximæ mansioni* Longatico.

Hemionia ciuitas. *In* M. C. Hennoma, *aut* Hennonia: *rectiùs* Aemona: *ita enim legitur in veteri inscriptione* Lubianæ, *seu* Laibaci, *quæ* Carniolæ *caput hodie est, et putatur fuisse* Aemona. M. TITIO M. F.

M. F. CL. TI. BARBIO TITIA-NO DECVRIONI AEMONAE 7. LEG. II. &c.

Celeia, *hodie Zili.*

Patauione. *Hæc in antiquis inscriptionibus Pœtouio nominatur, hodie Petau.*

Vinceia. *Alij Vineea.*

Marco. *Liber Notitiarum Margum nominat.* pag. 114.

Turium, *vel Dorrium. Ptol. & liber Notitiarum Tricornium vocare videntur.*

Idimum: *Aliàs Idunum.*

Horreũ Margi. *Ptol. simpliciter Horrea nominat.*

Serdica, *vel Serdicca, vel Sardica.*

Bagaraca, *aliàs Bagaracta.*

Saccarana: *aliàs Saranara, vel Saxanara.* pag. 115.

Ostudizo, *vel Hostodizo.*

Burtidizum, *aliàs Bustudizum.*

Drusipara, *Ptol. Drusipera.*

Iziralo, *aliàs Iirallum.*

Mœdo, *vel Medio;* Oriẽtis: *aliàs Media.*

Tottaio: *aliàs Toctauiũ, vel Toctaiũ. In concilio Chalcedonensi mentio fit Tacteensis episcopi.* pag. 116.

Cenum Gallicanum. *Hæc fortè est Gallica Ptolemæo. Ac in concilio Constantinopolitano mentio fit Georgij episcopi Gallicanæ prouinciæ Bythiniæ.*

Iuliopolis. *Hæc Gordij vicus olim nominata fuit, deinde Iuliopolis, postea Iustinianopolis. Meminere huius Strabo, Plinius, Ptolemæus.*

Rosolatico, *vel Rosolaciaco, aut Resociaco.*

Parnaso, *vel Pernasso: fortè Perenessus Ptolemæo.*

Colonia Marcillada. *Alij Arcelaidam vocant, rectiùs, vt opinor. Meminit autem Ptol. Archilaidis in Cappadocia.*

Catabolo: *fortè Castabala.*

Pacris, *aliàs Pagræ.*

pag. 117. Catela, *vel Bacatella.*

Betharo, *Betharum, vel Bedora.*

Raba. *lego Raphia.*

Rinocorula, *vel Rinocorura, vel Rino corubra, Strabo & Plin. Rinocolurã vocãt.*

Heracleus. *Hæc videtur esse Heraclea parua in Setbroite nomo, Ptolemæo.*

Thumuis: *Ptol. & aliis Thmuis.*

pag. 118. Cyno. *Straboni & Plinio Cynopolis.*

Nithine, *vel Nichine, in libro Notitiarũ Naithu, vel Nurethine.*

Hieropolis. *fortè Hermupolis parua, (Ptol.*

Chercu, *vel Cercesura.*

Niciu. *Straboni Niciæ vicus.*

Letus: *aliàs Latos, vnde Latopolites nomos, & Latone ciuitas, Ptolemæo. In lib. Notitia-*

titiarum, Latos.

Peme: *aliàs Pene: fortè Ptolemais, apud Ptolemæum.*

Vſui: *aliàs Iſiu: in libro* Notitiarũ *Iſui.*

Cœno, *vel Cœne, aliàs Othune.*

Ticanona, *vel Icanona, vel Icacona: fortè Co, Ptol.*

Chuſis: *Cuſſa in lib.* Notitiarum, *Cuſtoſtodiæ Ptol.*

Hyſopis, *aliàs Hiſoris : fortè Hypſole Ptolemæo.*

Abydus. *lib.* Notitiarum *Abocedo.*

Papa. *Pampanis Ptolemæo, Ripampane lib.* Notit. pag. 119.

Contra ombos, *vel Ambos. Ptol. enim Ombos. lib.* Not. *Ambos nominat.*

Suenæ, *vel Syene.*

Taphis, *vel Taſis: Ptol. Taſitia.*

Pſelcis, *vel Pſelchis, ſic enim Plinius: altero modo Ptol. nominat.*

Corte, *vel Coſte: fortè Dodecaſchinũ Ptol.*

Tacaſarta. *Tacaſaris lib.* Notit.

Helios, *vel Heliopolis.*

Thomo, *vel Thomois: lib.* Notit. *Thmoi.* pag. 120.

Pano. *Ptol. Panos, lib.* Notit. *Peamu.*

Selino: *fortè Silili in lib.* Notit.

Pesla: *lib.* Notit. *Peſcla Paſſalus Ptol.*

Penſa Temidos, *vel Penſartemidos: lib.* Notit. *Pois Artemidos.*

Alyi: *lib. Notit. Aiy.*

Tinonepsis: *lib. Notit. Tenenuti.*

Vico Iudæorum: *lib. Notit. castra Iudæorum.*

pag. 121. Serapio, *vel Serapto. Ptolemæus eodem ferè loco ponit Arsinoën.*

Lismo, *Ptol. Clisma.*

Taupasio: *lib. Notit. Taupasteos.*

Peniconiconon: *lib. Notit. Phenicone.*

Cenon Dydreuma: *ita legitur in impressis & manuscriptis exemplaribus: sed Plinium sequutus, Hydreuma feci. Sunt autem etiam Compasi & Apollonos Hydreumata.*

pag. 122. Euspoena. *Ptol. Phuphena.*

A Prætorio: *aliàs ad Prætorium. meminit huius liber Notit.*

Melitena. *Hîc in manuscripto exemplari, & in impressis codicibus perperā legitur Macelena, vel Malecena, cùm in ipsa inscriptione itineris scribatur. id per Melitenam Cocusum ducere.*

Dandaxina: *aliàs Dandacena:*

Pandari, *vel Ptandari, vel Tandari. A Ptolem. Tanadaris ponitur in præfectura Cataoniæ: distantiarum tamen ratio non bene congruit.*

Saçanata: *aliàs Scanatus.*

pag. 123. Coduzabala, *vel Coduzalaba.*

Tono-

Tonoſa: *fortè Ptol. Horſa, vel Horoſa.*

Triarachia, *vel Triarithia, vel Ariarathia, quod magis probatur. Ptol. in præfectura Sargauſarena Ariarathiræ meminit.*

Gundoſa. *Ptol. Godaſa.*

Eumeis: *aliàs Camiſa.*

Sara, *vel Zara. Ptol. Saurania.*

Dagalaſſus: *fortè* Dagona *Ptol.*

Olitto Eulariza, *vel Oluto Eurializa, vel Oloto Edariza. Hāc arbitror eſſe, quam Ptol. Caltioriſſam vocat.*

Satala leg. *&c. In impreſsis exemplaribus habetur, Satala leg.* M.P. M.XV. *Apollinas* M.P. M. XXVI. *Verùm nos locum reſtituimus ex manuſcripto codice, cum quo conſentit lib. Notit. niſi quòd in* M.C. *pro Apollinaris legitur Apollinans.* pag. 124.

In Catauana: *aliàs Catamana. Hoc loco inter Catamanam & Niſum in Scudij exemplari interponitur Hiius* M.P.IIII.

Epiphania: *aliàs Epitania.*

Sicobaſilices, *vel Sicobaſiliſſes, vel Sicobaſiliſca.* pag. 125.

Cannaba: *aliàs Canna.*

*** *Poſt hoc iter* A Germanicia Ediſſam, *aliud ponitur abſq; titulo & numeris, ideo illud omiſi, nomina tamen manſionum eodem ordine, quo ponuntur, hîc adſcripſi.*

Cilizaſi.
Veurnia.
Gigando.
Abarraza.
Zymna.
Bemmari.
Canna.
Bathenas.
Meri.
Ediſſa.

Cannaba: *aliàs Canna. Arbitror autẽ hîc deſcribi iter à Cyrro Ediſſam.*

Bathnæ. *Hæc quibuſdam videtur* Ballata *eſſe* Ptol.

pag. 126. Bathæ. *Hæc videtur eſſe* Bithias Ptol. *Eſt autẽ hoc loco mendum in noſtris exemplaribus, eiuſdem enim vrbis diſtantia à Thilaticomo, vno loco* XV. M. P. *in altero* XXII. M. P. *ponitur: maior numerus magis probatur* Scudo. *Eodem modo mendum eſt in diſtantia Thilaticomi & Hierapolis, quæ vno loco* XXXI. M. P. *altero* XXI. *ponitur. Item à* Dolicha Zeugma *vno loco* XII. M. P. *altero* XXIIII. M. *ponuntur. At ſi* Ptol. *numeros ſequamur, maior etiam erit diſtantia, quàm* XXIIII. M.

Minica *aliàs* Minniza: & Minniniza, *in itinere à* Dolicha Serianen.

Hanunea: *aliàs* Haminea, *vel* Hamo-
nea:

nea:fortè Chaonia Ptol.

Cirro,*vel Cyrro,Ptol.Cibros.*

Callicome:*aliàs Casicome.* pag.127.

Temmelizo:*aliàs Telmelissus.*

A Seriane Scythopolim.*In impressis codicibus & manuscripto Occora cum Scythopoli coniungitur : nos tamen vt primam mansionem post Serianen separatim posuimus.Videtur autem esse Occora,quam Ptolem. Coaram vocat, Chalcidices ciuitas.*

Salaminida,*vel Salami liade,hæc fortè est Tolmidessa Ptol.*

Abela,*vel Abila,aut Abelia:Ptol.Abela cognomine Lisaniæ.* pag.128.

Betocro,*vel Betaro,vel Bettaron.*

Helenopoli:*rectiùs Heliopoli,sicvt in itinere à Seriane Scythopolim.*

Conna,*aliàs Sanna:Ptol. Saana, Straboni Sinna.*

Crentius,*vel Grentius.* pag.129.

Iter à Pessenunte Ancyram. *Hoc iter in M.C. inscribitur, à Claudiopoli Ancyram: prius verò, à Claudiopoli Ancyram inscriptum, deest: sed ego hîc impressos libros secutus sum.*

Germa:*Ptol.Terma,colonia.*

Vinda.*Ptol.Vindia. Eodem modo scribitur in itinere à Dorilao Ancyram.*

pag.130. Bolegaſcus, *vel Bolegalgus, vel Oligaſius.*

Tabia, *vel Tauio, vel Tadia, Ptol.* Tannium.

Sinos: *Ptol. Sina.*

Mogaro: *lib. notit.* Mochera.

Dorana, *vel Daranum.*

pag.131. Grorbeus, *vel Gorbeus: Ptol.* Corbeunthus.

Orſologiaco: *Ptol. Oroſologia.*

Saccaſena, *vel Siccaſena, vel Accaſena.*

Eulepa, *vel Eulapa.*

Armaca, *vel Armaxa.*

Marandara, *vel Malandara.*

Haia, *vel Haza, vel Aza.*

pag.132. Suiſa, *vel Soiſſa. In lib.* Notit. *Suiſſa.*

Aſauracos &

Araſaucos. *Hæc duo nomina, tanquã duæ manſiones diuerſæ, in* M.C. *ponuntur: ſed ego pro vtroq; Arauracos reponendum puto, ſicvt etiam ponitur in itinere à Nicopoli Satalam: alioquin, ſi bis ponantur, ſumma itineris* XXVIII. M. P. *iuſto maior erit. Mentio autem fit Arauracæ in lib.* Notit.

Sarſagis, *vel Carſat: Ptol. Corſabia.*

Anabila, *vel Analiba. Ptol. Analiblæ lib.* Notit. *Analiba.*

Sabus: *lib. Notit. Sabu.*

Daſcuſa. *Ptol. Daſcuta, Plin. & lib.* Notit. *Daſcuſa.*

Mia-

Miasena, *vel Mesena.*

Hacotina, *vel Locotena.*

Tosano. *Hæc suprà nominata fuit* To-*nosa*: Ptol. Horo*sa*. pag.133.

Armaca. *Hæc suprà nominata est* Ar-*maxa.* pag.134.

Carsat. *Hæc in alio itinere Sarsaga no-minatur.* pag.135.

Ad Vicissimum, *vel ad Vincesimum.*

EVROPA. pag.136.

Itinera Pannonij in Gallias & vicinas provincias.

Danubij. *Nomen Danubij in* M. & *Aldino* C. *non habetur: sed etsi non scribatur, omnino subintelligendum est.*

Talia: *lib* Notit. *Taliata.*

Ratiaria: Ptol. *Rhætiaria Mysorum. In quibusdam exemplaribus ex lib.* Notit. *vt arbitror, additum est, legionem decimam-quartã geminam hîc castra habuisse, quod tamen in nostro* M.C. *non habetur.*

Cebro. *Meminit huius lib.* Notit. *est autem Cebrus fluuij nomen, qui in Danubium incidit, quem* Ptol. *Cyabrum vocat.*

Oesceo. *In Aldino codice additur, Legi. mag. scribendum autem erat, Legio prima Macedonica, in* M. C. *nihil additum est.*

Vto. *Meminit Vti oppidi lib.* Notit. *id situm fuit ad confluentes Vti fluuij & Danubij.*

Securiſca, *vel Seſuriſca. Meminit Securiſcæ liber Notit.*

Nonas, *vel Nouas. Meminit autem Nouæ, Ptol. Quædam exemplaria hîc ponunt legionem primam Italicam. Etſi in pleriſq; hoc deprauatè ſcribitur, Ptol. eandem poſt Duroſtorum ponit.*

Sacidaua, *vel Scaidaua: lib. Notit. Sacidaua.*

Triamannio, *vel Trimanio: Ptol. Trimanium.*

Sextanta Priſtis, *vel Sexaginta Priſte: fortè Tiriſta Ptol.*

pag. 137. Tigra: *lib. Not. Tegra.*

Tranſmariſca. *Mentio huius etiam fit in lib. Notit. Ptol. Tromariſca dicitur.*

Teclicio: *lib. Notit. Teglicium.*

Doroſtorum legio XXI. Claudiæ. *Ptolem. hîc legionem primam Italicam ponit.*

Carſo, *aliàs Carro: Ptol. & Notit. libro Carſum.*

Biroe, *vel Beroe: lib. Notit. Bireum.*

Troſmis: *Ptol. Triſmis.*

Arrubio, *vel Arabio: lib. Notit. Arubio.*

Dimiguthia, *vel Diniguthia. Ptol. Dinogetia, lib. Notit. Dirigothia.*

Hiſtorio, *vel Hiſtros: Ptol. Iſtropolis: Straboni Iſtros.*

Calla-

Callacis. *Calatis Ptol. & Straboni, qui* *hanc ducentis & octoginta stadiis à Tomo* *distare scribit.*

Vdisso: *Straboni, Plinio et Ptol. Odessus.* pag. 138.

Soatrix, *vel Soatris.*

Anchialis: *Anchialus Ptol. Straboni An*-*chiala.*

Debelio. *Deueltus Plinio & Ptol.*

Drisipala, *vel Drusipera.*

Castra Iabar, *vel Iarba, aut Larba.*

Vlmos, *Iltz.* pag. 139.

Ciualis, *vel Cibalis, Ciabo.*

Mursa, *Exech, vel Murouiza.*

Antianis, *Baranuvuer.*

Suppianis, *vel Sopianis, Zeeblack.*

Cilicenis, *Zepd.*

Valco, *Voltz.*

Mogetiana, *vel Magetiana.*

Sabaria, *Stein am Anger.*

Scarabantia, *Scapring.*

Motenum, *Brug an der Leita.*

Vindomono, *vel Vindobona, lib. Not.* *Vindomana, Ptol. Iuliobona, Vuien in Oe*-*sterych.*

Comagenæ, *Collenburg.*

Cetio, *Kotvuig.*

Arlape, *Erla by Bachlarn.*

Locofelices, *vel Lacofelice: lib. Notit. La*-*cus felicis, Nideren Vaulsee.*

Lauriaco, *Lorch by Ens.*

pag. 140. Ouilabis, *Lambach.*

Iaciaco, *vel Laciaco, vel Lauiaco, Aſſach.*

Iouaui: *in lib.* Not. *Iuuauia, Saltzburg.*

Bidaio, *vel Badaio: Ptolem. Bedacum, Dietmanig, vel, vt alij, Burckhuſen.*

Ponte Aeni, *Oetingen.*

Iſiniſca, *Iſem ein marckt in nider Peyern an der Iſer.*

Ambra, *Brug an der Amber.*

Auguſta Vindelicorum, *ſeu Vindelegorum, Augſpurg.*

Roſtrum Nemauiæ, *vel Roſtro Nemaniæ, Memmingen.*

Campoduno, *vel Camboduno: Ptol. & lib.* Notit. *Cambodunum, Kempten.*

Vemania, *vel Venıania : Ptol. Viana: lib.* Notit. *Viniania, Vuangen.*

Brigandia, *vel Brigantia, Bregentz.*

Arbore fœlici, *Arbon ad lacum Brigantinum oppidum.*

Ad Fines, *Pfin an der Thur.*

Vindones leugas. *Ita habet* M.C. *& Aldinum exemplar. Indicatur autem Vindoniſſa, quam liber Provinciarum Galliæ Caſtrum Vendonenſe nominat. hodie Vuindiſch dicitur, quondam oppidum, nunc exiguus vicus ad traiectum Vrſæ fluminis.*

Leu-

Leugas *ſæpe in* Antonio *pro* Legione *ponitur errore librariorũ, numerus tamen legionis hîc omiſſus eſt: ſed* Tacitus Legionem XXI. *Vindoniſſæ ſtatiua habuiſſe indicat.*

Arialbinno, *vel* Artalbinno. *Quidam exiſtimant eſſe oppidum Sequanorum,* Mulhuſen. *Scudius inter* Arialbinnum *&* Vindones *ponit* Auguſtam Rauracam, *& poſt* Arialbinnum Vruncis: *quo ordine hæc loca in ſequenti itinere ponuntur.*

Monte Briſiaco: *Briſach oppidum ad Rhenum: quod tamen quidam olim ab altero látere fluuij ſitum fuiſſe exiſtimant.*

Argentorato, *Strasburg.*

Tabernis, *Zabern: ſedes Epiſcopi Argentoratenſis.*

Decem pagis. *Manuſcriptus liber habet* Decemplagis, *ſed magis placet altera lectio: hodie vocatur* Duoſe *in* Lotringen.

Diuodurum, *Metz.*

Triueros, *vel* Treueris, *Trier.*

Iter per ripam Panoniæ à Taurunо, *&c.* M.C *habet ad* Aurino: *ſed cùm initium itineris hîc ponatur, non* Ad, *ſed* A *vel* Ab, *ſcribendũ erat: arbitror ex veteri ſcriptura* A Taurino, *factum eſſe* Ad Aurino. Taurunum *autem, vel* Taurinum *oppidum eſt* Pannoniæ, *quod hodie* Griechiſchẽ Vuyſſenburg *nominatur.*

pag.141. Ritti. *Ptol. Rithium vocat: lib.* Notit. *Ricti: Salankæmen.*

Acumincum, *vel Aciminců, Cametz.*

Cusi Sere, *vel Cudelaſs.*

Bononia, *Bonmonster.*

Cucci, *Ceroſcka, vel Curuſca.*

Cornaco, *Zata.*

Tentiburgio, *vel Teutiburgio, vt Ptol. & lib.* Notit. *habent; Erdëvud.*

Altinum, *Boſock.*

Lugione, *vel* Legione, *Báthia.*

Aliſca: *lib.* Not. *Aleſca habet: Anyauara.*

Ripa alta, *Tholna.*

Luſſunio: *Ptol & lib.* Not. *Luſſonium, Pax.*

Anamaſcia. *lib.* Not. *Adnamantia, mendoſe, vt arbitror: Almaz.*

Intercisa, *Rachzkevuy.*

Vetus Salinas: *Ptol. Salinum, Adom.*

Matrica, *Theten.*

Campona, *Cepel.*

Aquincum, *vel Acincum, vtroq; enim modo ab Antonio ſcribitur, & poſterior lectio in lib.* Not. *habetur: altera* Ptol. *& veterum inſcriptionum auctoritate confirmatur.* Volunt *autem Acincum eſſe* Budam, *Offen.*

Lacofelicis: *alius eſt hic lacus à* Lacofelice, *cuius in ſuperiori itinere mentio facta eſt:*

est:Visegrad Hungaris,Germanis Blinden-
Crumero Asao:*Comorn insula.(burg.*
Ad muros,*Summereyn.*
Arrabona,*vel Rabona,Rab.*
Flexo,*Posonium,Bresburg.*
Gerulata,*Heimburg,Vuolffstal.*
Carnunto,*Sant Peternel.*
Aequinoctio,*Vischmundt.* pag.142.
Ala noua,*Ebersdorff.*
Vindebona.*Superiori itinere Vindemo-no,vel Vindomana nominatur.*
Bolodoro,*vel Bolodero:Ptol.Boioduru, Boyter,vel,vt alij,Bassouv.*
Quintianis,*Kintzen.*
Augustana,*Azellburg.*
Regium: *lib.Not. Castra regina: Ro-cking,vel Regensperg.*
Abusina,*Alensperg.*
Vallatum:*Veilenbach.*
Surmontorium: *lib. Not. Submonto-rium,Hochenvuartt.*
Guntia,*Gundtsburg.*
Cælio monte,*Kelmuntz.*
Vituduro, *Vuinterthur, agri Tigurini oppidum.*
Vindonissa: *hanc superiori itinere Vin-dones nominauit.*
Helueto.*Hoc nomen in M.C. non habe-tur,Schletstatt.* pag.143.

Brocomago, *Bruomadt.*

Concordia, *Kocherſperg.*

Nouiomagum, *Speyr.*

Bingium, *Bingen. Omittuntur hîc inter Nouiomagum & Bingium Bormitomagus, Bouconia & Moguntiacum, quæ poſtea in itinere à Mediolano per Alpes Cottias Moguntiacum, commemorantur. Quòd ſi non interponãtur hoc loco, maior diſtantia Bingij à Nouiomago ponenda erit.*

Antonaco, *vel Anturnaco, Andernach.*

Boudobrica: *lib. Notit. Bodobrica, Bopparten.*

Bonna, *Bon.*

Colonia Agrippina, *Coln.*

Duromagum leg. VII. Ala. *In quibuſdam exemplaribus eſt Legas: verùm non dubium eſt mihi Legiones hîc notari, quarum alæ in his oppidis caſtra habebant: etſi quidam ex Ala, faciant Alamannicas legiones.*

Burungo. *Burith, vicus prope Noueſiũ, quod hodie eſt Nüſs.*

Gelduba, *Gelb am Rheyn.*

Calone, *Gellern.*

Vetera, *Berck, vel, vt alij, Santen.*

Caſtra Vlpia, *Cleue.*

Burcinacium, *vel Burginacium, Kranèburg.*

Are-

Arenacium, *Arnheym am Rheyn.*

Pontes Tesseniј, *Schoſteren.* pag.144.

Parthanum, *Partenkirch.*

Veldidena, *Vuilten, ein kloſter by Ynsbrug.*

Siſcia: *hæc in* M.C. *aliquando nominatur Siſoia.* pag.145.

Prętorio Latum vicorum, *vel Præto rium Latovicorum : Ptol. ſimpliciter Prætorium nominat. Moletius hodie Prodanich nominari ſcribit.*

Incero: *aliàs Inicerum.*

Pecentinum, *vel Percentinum.*

Cirtiſa, *vel Certiſſa.*

Seruitti, *vel Serunti : lib. Notit. Seruitium.* pag.149.

Siluia : *hæc fortè eſt Ptol. Saluia.*

ITINERA ITALIAE, & per Hiſtriam, Vindelicos, Noricum.

Ningum, *vel Mingum: hodie Mugia.*

Iader, *nunc Zara.*

Blandona : *Ptol. Flauona, vel potiùs Blanona.*

Arauſa: *Ptol. Arauxona, nũc Suonigra.* pag.150.

Aueſica, *aliàs Aneſica: hodie, vt quidam volunt, Scenaſechie.*

Tharſatico: *huius Ptol. etiam meminit, atq;, vt quidã volunt, Arſia eſt Plinio dicta, finis Italiæ, nũc Sãcta Maria de Tranſiarch.*

Auendone, *aliàs Vendum.*

Aurupio, *vel Arupinum, Aurſperg.*

Bibium, *vel Bibilis, vel Bilbilis, Bilígracz.*

Quadranta, *vel Quadrata, vt ſuprà in itinere ab Hemona Sirmium.*

Abuſacum, *Füſſen.*

Vipiteno, *Stertzingen, vel am Lug, vicus iuxta Pirenæum montẽ, den Brenner.*

pag. 151. Sublauio, *Brixen.*

Endideium, *Innye, Germanis Nüvumarckt.*

Tridentum, *Thrient.*

Ad Palatium: *Palazo, vicus dirutus.*

Verona, *Dietrichs Bern.*

Via Beloio, *fortè Belunum.*

Virunum, *Brunnegk.*

Candalicas, *vel Candilacas: lib. Notit. Canabiaca. Vetus inſcriptio Candollica: hodie ad Sanctum Vitum nominatur.*

Curia, *Chur.*

Tinnetio, *Tinzen.*

Murum, *Caſtelmur im Bergell.*

Summum laci: *La riua, Ze oberſt am Chumer ſee.*

Comum, *Chum.*

Mediolanum, *Meyland.*

In his duobus itineribus numeri diuerſi ſunt, quibus longitudo laci Larij, quem Co-

mace.

macenum vocat, indicatur: vno enim loco XV. *altero* LX. M. P. *ponit. Studius in suo exemplari vtrobiq;* XXXV. M. *posuit.*

Taruesede, *Splügen.* pag. 152.

Clauena, *Clæfen.*

Iulium carnicum, *Zuglio.*

Loncium: *lib. Notit. Lencia, Luntz.*

Sebatum, *vel Sabatinea: Sabiona etiam nominatur in vita S. Ingenuini, Brixenum quondam caput, & episcopi sedes, sicvt & Sublauio, hodie Brixen nominatur: & ad Sublauionis differentiam Brixina minor dicitur.*

Aneiano, *vel Auetiano, hodie Mont Agnano.* pag. 153.

Vico Seruino, *vel Feruino.*

Motina, *vel Mutina, Modona.*

Ticinum: *hodie Papia dicitur,* Pauey. *Ponuntur à Laumello Papiam* XXII. M. P. *ab aliis* XVII. M. *idq; rectiùs.*

Item à Perme laca: *ita habet* M. C. *impressum exemplar, Iter per me lacum. Legendum arbitror, à Parma Lucam* M. P. M C. pag. 154.

Fines, siue Casa Cæsariana: *S. Cassano.*

Forum-Cassĳ, *Guasdo.*

Tacanas, *vel Pacanas.*

* * * Iter à Roma ad forũ Clau-

dij: *hoc loco in Scudij exemptari hæc interponuntur:*

AB ARIMINO recto itinere
Aquileiam M.P.CLXXXXII. sic:

Rauenna M.P. XXXII.
Inde nauigantur Septem maria Altinum vsq; M.P. C.
Indo Concordiam M.P. XXXI.
Aquileiam M.P. XXVI.

Cæterùm hoc iter suprà interpositū fuit itineri ab vrbe Mediolanum, vti eo loco annotauimus.

Ariminum. *Germani milites vocant Rümelen.*

pag.155. Forum Liuij: *Furlin.*

Forum Cornelij: *Imola.*

Claternum: *Castel S. Petro.*

Regium: *Rezo, Rætz.*

Fidenciola: *Borg S. Dionyso.*

Cumillo magno: *aliàs Cumilo mago, vel Cumillum, Cigomol iuxta Versam fluuium.*

pag.156. Saleprone, *vel Salumbronis. In fragmētis Originum Marci Catonis scribitur, Italiam olim Sale Vmbronam dictam.*

Boacea, *vel Boacta. Ptol. meminit Boacti fluuij.*

Tecolate, *vel Tecolata: Ptol. Tigulia.*

Crixia, *nunc Crosera.*

Cana-

Canalico: *Caralupo.*

Vadis Sabbatis, *vel Vada Sabatia, Sauona.*

Lollupice, *vel Pollupice, Final.*

Loco Bormani, *vel Locobormanium, aut Locobani.*

Forum Voconij, *vel Vocona, mendosè tamen, vt videtur. Distantia eius à Foro Iulij in vno exemplari ponitur* XII. M.P. *in altero, quod emendatius videtur,* XXIIII. *Sic etiam inter Varum & Cemenelium ponuntur* VI. M. *vbi rectiùs* XI. *poneretur: & inter Varum atq; Antipolim* X.M. *quibus quinq; addenda sunt.* pag.157.

Tecolata. *Hæc alia est à superiore, quam Tiguliam Ptol & Plinio esse diximus in Liguria: hæc verò Galliæ Narbonensis oppidum est, quod hodie S. Maximini nomen habet.*

Massalia, *vel Massilia.*

Calcaria, *vel Calcana, Scudio Cabanna.*

Lauinio, *vel Lanuuio.* pag.158.

Gabrios, *vel Glabrios. Lego Gabios. Gabiorum enim vrbs, cuius pleriq; veterum meminere, ad viam Prænestinam sita fuit, non longè à Roma, vt Dionysius Halicarnassæus scribit: sed ipsius ætate desolata fuit, relictis tantùm aliquot tabernis in v-*

ſum iter agentium.

Fruſinone, *vel Fruſione.*

Caſino, *aliàs Caſilino.*

pag.159. Ab Vrbe ad Decimum. *Alij ab Vrbe Beuentum ſcribunt, & ad Decimum primam manſionem faciunt* X. M. P. *ab Vrbe diſtantem.*

Freto, *aliàs* Ereto: *& rectiús. ita enim etiam Strabo & Vergilius nominant.*

Vico Baides, *vel vicus Badius.*

pag.160. Oſclo, *vel Aſculum.*

Caſtro Tuentino, *vel Caſtrum Truentinum. Ptolem. Strabo, Plinius Truentum vocant.*

Hadrie, *aliàs Adria, & hodie Atria.*

Caſsiolos, *aliàs Carſeoli.*

Alba Tucentia, *vel Alba Tucennia.*

Cerfennia, *vel Ceruennia.*

Vtricoli, *aliàs Ocricolum.*

Vemanie, *rectiùs Meuania.*

pag.161. Trea, *Ptol. Traiana.*

Hoſtia Aeterni, *rectiùs Aterni.*

Auxano, *vel Auzano, vel Anzono, hodie Agnone.*

Corneli, *vel Forum Cornelij.*

Siponto, *aliàs Sipus.*

Saline. *Videndum, an ſit Salapia.*

Gnatiæ, *vel Egnatiæ: Ananzo hodie.*

pag.162. Ad Calem, *vel Cales, Caglie.*

Semi-

Semigallia, *rectiùs Senogallia.*

Ad Hesin, *vel ad Hesum. Malim ad Aesim: id enim fluuij nomen est Straboni, Plinio, Ptol. Melæ, Silio.*

MACEDONIA, THRACIA.

Traiectus Dirrachium vsq; stadia MCCCC. *In itinerario maritimo tantùm* M *stadia ponũtur. Strabo scribit traiectum è Brundusio in Epidamnum esse mille & octingentorum stadiorum: Plinius* CCXX. M. P. *ponit, quæ sunt stadia* MDCCLX.

Lignido, *vel Lychnidus.*

Topinio, *vel Topiro: Ptol. Topiris.* pag. 163.

Cosintho, *vel Casinta.*

Brendice, *vel Brisize.*

Timpiro, *vel Temporis.*

Zeruis, *vel Zerne.*

Perintheras, *vel Perinthus, quæ etiam Heraclea nominatur alibi à nostro auctore.*

Melantrada. *Hanc alibi Melanciada vocat.*

Iter à Brũdusio, vel ab Hidrunte, pag. 164. *etc. Duo hic traiectus indicantur, ideóq; in Scudij exemplari vtriq; separatim numerus stadiorum appositus est.*

A Brundusio Aulonam M. CC.

Ab Hidrunte Aulonam M.

Ab Aulona Amphipolin M. P. DCCXCI.

Actia Nicopoli, *vel Actianopolis. Est autem Actium Epiri oppidum, propter victoriam Augusti nominatum Nicopolis.*

Euenno. *Euenus fluuius.*

Testias, *vel Thespiæ.*

Arope, *vel Oropus.*

Puclata, *vel Pudata: fortè Pidna, quã Platan nominari tradit Moletius.*

Thessalia, *rectiùs Thessalonica.*

Melisurgin. *Post hanc in Scudij exemplari additur Apollonia versus Thraciam Mygdoniorum* M. P. XVII. *& Amphipolis* M. P. XXX. *Ponuntur autem hæc duo loca priori quoq; itinere pari distantia.*

pag.165. Scirtiana, *vel Scintiana, vel Sirtiana.*

Apollonia. *Duæ Apolloniæ in hoc itinere commemorantur, quarum prior est Taulanciorum, altera Mygdoniorum.*

Otoptisio. *Hæc mansio superiori itinere nominatur Topinio, à Ptol. Topiris.*

pag.166. Gipsala: *Plin. & Ptol. Cypsela.*

Sira-Cella, *aliàs Syrascele, vel Syracolla.*

Apris. *Plin. etiam meminit huius coloniæ, atq; eam à Philippis* CLXXXVII. M. *distare scribit: hic autem paulò plura numerantur.*

Risisto. *Plin. Resista nominat, & ab Apro* XXXII. M. P. *distare ait.*

Adrianopoli Calipoli. *In Scudij exẽplari*

plari legitur à Traianopoli ad Callipolim, ad traiectum Asiæ Lampsacum usq; & inde Laodiceam M. P. CCCCLXXXII.

Abibo: *rectius Abydo.*

Dardano, *vel Dardanio.*

Gerine, *vel Gerre, vel Germe.* pag. 167.

Birziminio: *fortè Rizana Ptol. Rhizinium Plinio.*

ITINERA GALLIARVM. pag. 168.

Ad Fines. *Nomen Finium sæpè occurrit: hoc autem loco significare videtur Fines inter Alpes Cottias & Taurinas.*

Regusione, *vel Segusione: ac fortè ita rectius. nam eodem modo ab Ammiano nominatur, à Ptol. Segusium, hodie Susa oppidum Pedemontanæ regionis.*

Brigantione. *Brigantium Ptol. Est autem Galliæ oppidum apud Caturiges, aliud à Brigantia: hodie Brianson dictum.*

Rame, *vel Roama, aut Rosana: hodie porta Rosans.*

Eburuduno, *vel Ebroduno: hodie Ambrun.*

Vapingum, *vel Vapincum, Gap.*

Alapunte, *vel Alamontis, Talart.*

Secusterone, *vel Segosterone, Sesteron.*

Auia: *rectius Apta Iulia.*

Fines. *Hic locus inter Aptam Iuliam & Cibellionē videtur indicare Fines Vulgien-*

tum & Saliorum.

Clanum. *Hoc Scudius omittendum putat, & inter* Ernaginum, *quod Straboni est* Vrgenum, *Tarasconem ponit.*

pag. 169. Ephoredia, *vel, vt plerunq; scribitur, Eporedia, aut etiam* Eboredia: *Liuerey.*

Areburicum, *vel Ereburicum, vel* Arebrigium: *hodie Burg de la duila.*

Darantasia, *vel Tarantasia:* Monstier.

pag. 170. Bergintrum, *vel Bergitrum: Sentron.*

Cauaria. *Ciceroni fortè* Ciuaro, *in finibus* Allobrogum, *lib.* 10. *Epistolarum familiarium, epistola* 14. *ad* Plancum. *Alij Casuariam vocant: hodie Solame in Fousigni.*

Monte Blusiaco, *vel* Monte Brisiaco, *vt suprà in itineribus è Pannoniis in Gallias.*

Octudorum, *vel Oclodurum,* Martinach *in* Vuallis.

Tarnade, *S.Mauritzen in* Vuallis: *nominatur etiam* Agaunum.

Penne locus: *fortè Nüuvenstatt ad lacum* Lemannum.

pag. 171. Bibiscum: *Viuis, oppidum ad lacum* Lemannum.

Bramagum, *vel Bromagum,* Romont.

Minidunum, *Milden.*

Auenticulum *Heluetiorum, vel* Auenticum, *Vuifflispurg.*

Peti-

Petinesca, *vel Præneštica, vel Pirenestica, Bürren.*

Saloturum, *vel Salodorum, Solothurn.*

Augusta Rauracorum, *Augst.*

Caribete, *vel Cambete, Kemps.*

Argãtonaria, *vel Argẽtuaria, Colmar.*

Saletio, *vel Salisso, Seltz.*

Mõte Seleuco. *Hîc addita sunt* XXIII. M. P. *sed* X. *redundare videntur, sicut & in proximo numero distantiæ Luci à monte Seleuco.* pag. 172.

Vrsolis, *vel Vrseole.*

Luna, *vel Lunna: fortè Clunia, Clugni.*

Cabilumno, *vel Cabilonum, Challon.*

Authesiodorum, *vel Antesiodorum, vel Antisiodorum.*

Axuena, *vel Axona.* pag. 173.

Virodunum, *vel Verodunum, Verdun.*

Fines. *Videntur hîc indicari fines Mediomatricorum.*

Nasium, *vel Nasium, Nancy.*

Yungo, *vel Vungo vicus.* pag. 174.

Epoissio *vicus: lib. Notit. Epusum, Ipsch, Yuois.*

Orolaunum, *Arle.*

Andethannale *vicus, Echternack.*

Asilincum, *vel Alisincum: videndum, an sit Alexia.*

Decetia, *vel Decisia, Decise.*

Neuernum, *vel Niuernium, Neuers. In exemplari Scudij Belea ponitur inter Neuernum & Condate: alia exemplaria id post Condate & Bridoborum ponunt.*

Bridoborum, *vel Bribodorum, vel Briodorum, Briare.*

Canabum: *fortè Genabum.*

Salioclita, *vel Solioclita. Post hanc in Scudij exemplari tres mansiones ponuntur, quarum nomina sunt omissa: numeri distantiarum hi annotantur,* M. P. XV. M. P. XXII. M. P. XXIIII.

Lutitia. *Ita plærunq; scribitur in M. C. nostro, quamvis impressa exemplaria Lutetiam vsitato more nominent.*

Lugdunum Germaniarum, *Leidē.*

Albimanis, *vel Albinianis: Alphen, vel Alpen, vicus.*

Traiectum, *Vtricht.*

Manaricio, *Manruch.*

Caruone, *Graaffen an der Mass.*

pag.175. Ponte Saruix, *vel Sarnix: Sarbrüggen.*

Marcomago, *vel Marcomacū, vicus. post Marcomacum deest nomen mansionis: Scudius Areburium vicū reponit, Arenberg.*

Belgica, *vel Belgia, Bullingen.*

Tolpia Supenorum, *vel Tolbiaco vicus Supernorum: Zulg.*

Medio-

Mediolanū, *vicus iuxta Mosam, Mæt-teler.* pag. 176.

Sablonibus, *Sambeck, vicus.*

Mederiacum, *Mierle, vicus.*

Theudurum, *Tutderen by Sitthart, vicus.*

Coriouallum, *Falckenburg.*

Bagacum, *vel Baiacum, vel Bauacum, Bauay.*

Nemetacum. *Quærendum, an sit Nemetocerna Atrebatum.* pag. 177.

Perniciacum, *vel Perticiacum: fortè Præsidienses lib Notit.*

Aduaga Tongrorū, *vel Aduaca Tungrorum. Aduacum metropolis Tungorum, Tungeren: numerus passuū additus* XIIII. *longè iusto minor esse videtur.*

Taruenna. *Hæc in manuscripto exemplari Tawerna nominatur.*

Contra Aginnum, *vel Contraginnum: lib. Notit. Nouiomagum nominat oppidum Contraginensium.*

Fines. *Indicantur hîc fines Suessonum & Rhemorum.*

Samarabriua, *vel Samarabriga: Amiens.* pag. 178.

Litanobriga, *vel Latinobriga.*

Augustomago *oppidum maximum Syluanectorum: Ptolem. Rothomagus, sed*

mendosè, vt arbitror.

Loium, *vel Lotum, aut Lolium.*

Rotomago. *Inter hoc & Petromantalium in Scudij exemplari interponitur Cæsarotium, vel Cæsortium: Gisors.*

pag. 179. Mecleto, *vel Methetho, vel Medeto, Metiosedum.*

Agredicum. *In Scudij exemplari Agendicum.*

Briua Isaræ, *vel Briga Isare, Pontoyse.*

Breuiodurum, *vel Brigaodorum.*

pag. 180. Alauna: *fortè est Laudunum, Laon.*

Consedie, *vel Cosedia, Cusiacum.*

ITINERA IN HISPANIAS.

Galitias, *vel Galetiam, vel Gallætiam.*

pag. 181. Percula, *vel Pertusa.*

Vezela, *vel Veraza, vel Verada.*

Aritio, *Ptol. Tritium Tuboricum: Plin. Tritium.*

pag. 182. Sagasamũclo, *vel Sagasamundo. Ptol. Segisamanculum.*

Veronesca, *Plinio Virouesca, Ptol. Viruesca, vel Virdubesca: vulgo Briuiesca.*

Lance, *vel Lauce, vel Lancea.*

Rustione, *vel Ruscione: Ruscino Plin. & Ptol. hodie Rouscillon.*

pag. 183. Palsuriana, *vel Pasuriana.*

Traia capita, *vel Traiana capita.*

Derdosa, *vel Dertosa.*

Intibili, *vel Indibilis.*

Ildum, *vel Ilduni.*

Sepelaci, *vel Sepe lacus.*

Secuntum, *vel Sacundum: Saguntum.*

A Dello, *vel Adellum.*

Monte Sabastiani, *vel Mente Saba-tiani: fortè legendum Mentesa Batistano-rum. Meminit autem Mentesanorum Pli-nius, qui & Oretani & Bastuli dicantur.* pag.184.

Vircaone, *vel Virgao.*

Epora. *Ptolem. Ebura, Plinius Ebora Cerealis.*

Vciense, *vel Vticense, vel Veiense.*

Vrci, *vel Vrgi: Plin. Vrci.*

Cauiclum, *vel Cauidum.*

Menoua: *Menoba Plin. Porrò inter hanc & Cauiclum in Scudij exemplari in-terponuntur, Abdera* M. P. X. *& Selamina* M. P. X.

pag.185.

Siuel: *Plin. Suel.*

Cilniana, *vel Cilmana, vel Ciluiana, vel Siluiaca: fortè Siluia, Liuio lib.28.*

Carpe Carceia, *vel Carpecarcenia, vel Calpe Carteia. Dubito tamen, an hæc man-sio omittenda sit, cùm post Bellonem ponan-tur Barbesul, quam Plin. vocat Berbesulam, Calpe & Tarteia, quæ est Carteia, à Græ-cis dicta Tartessos: etsi tria hæc nomina tan-tùm in Aldino exemplari legantur.*

Mergablo, *vel Mercablo, vel Mercállum: fortè Macolica, nobilis vrbs Hispaniæ, capta à Marco Marcello, vt Liuius refert lib. 45.*

pag. 186. Angellas, *vel Augellas.*

Iter ab Hiſpali Cordubam. *Hoc iter in M.C. non habetur.*

Abuciula, *vel Obucula, vt Plinius nominat.*

Iter à Corduba Emeritã. *Hoc quoq; iter in M. & Aldino C. non habetur.*

Ciciliana, *vel Cæciliana, vel Ciliana.*

pag. 187. Dippone. *In Pariſienſi exemplari ponitur inter Adrum & Euandrianam, ſed in M. & Aldino C. omittitur.*

Oſſobona. *In M. C. Bona, Oſſobona, Plin. Ptol. Oſſonaba: nunc Siluas.*

Abelterium, *vel Ab Elteri, vel Abelitrium.*

Matuſarum, *vel Metriſarum.*

Budua. *Ptol. Burdua.*

Plagia, *vel Plagiaria.*

pag. 188. Gerabrica, *vel Ierabrica: Ptol. Arabriga.*

Scalabis: *Ptol. Scalabiſcus.*

Tubucci: *Ptol. Tacabis.*

Muntobrica, *vel Mundobrica.*

Emenio, *vel Emimo, vel Aeminio.*

pag. 189. Cõpleutica, *vel Complutica.*

Veneatia, *vel Vernatia, vel Venatia.*

Pata-

Patauonium: *Ptolem. Petauonium Superatiorum.*

Argentiolum: *Ptol. Argenteola.*

Aquis Celenis, *vel Cilenis, vel Selinis. Sunt autem Cileni populi citerioris Hispaniæ, apud Plinium, prope conventum Bracarum: fortè Aquæ Leæ Ptol.*

Vicus Spacorum, *vel Sparcorum.*

Grandi Miro: *Ptol. Glandomirum.*

Trigundo: *Ptol. Turriga.*

Brigantium: *Ptol. Flauium Brigantium: nunc Compostella.*

Lugo Augusti, *vel Luco Augusti: Pomponio Melæ Augusti turris: nunc Oluca, vel Lugo.*

Timalino: *fortè Talamino Ptol.*

Ponte Nouie, *aliàs Neuie.*

Vtari, *vel Vccari, vel Vittari.*

Rarapia, *aliàs Rarapta. In hoc itinere ab Esuri ad Pacē Iuliam, Scudius* XVIII. M. P. *ab Ebora Pacem Iuliam ponit: in nostris exemplaribus interponuntur Serpa, Fines, Aracium, quæ ab illo ponuntur pro alio itinere ab Esuri Pacem Iuliam.* pag. 190.

Salaniana, *vel Salauiana.*

Aquis Originis, *vel Aquis Ogirinis.*

Nemetoborica, *vel Nemetobrica.*

Foro: *Ptol. Forum Egurorum.*

Belgido, *vel Bergido: Ptol. Bergidum*

Flauium.

Inter Epaconio Fluuio , *vel* Inter *Fraconio Flauio : Ptol.* Inter *Amnium Flauium: & ita proximo itinere mendose nominatur.*

pag.191. Burbida, *aliàs Bibala.*

Turoca, *Turoqua, vel* Turrige.

Pria: *Ptol. Iria Flauia.*

Assecoma, *vel Asseconia.*

Timalano: *suprà Timalinũ nominauit.*

Ponte Neuie: *suprà Ponte Neuie.*

Ilipa, *Ilipula.*

Tucci: *Ptol. Ptucci.*

pag.192. Monte Mariorum. *Ptol. Mons Marianus: nunc Sierra Morena.*

Cecilioni. *In M.C. dubium est, vtrùm legendum sit Cecilio vico, vel Cecilionico. Videndum, an sit Ciciliana, cuius mētio fit in itinere ab Olisipone Emeritam.*

Sibarim, *vel Sibariam, vel Saboram.*

Ocelodori, *vel Ocelodurum.*

Secouia: *aliàs Segouia, vel Segobia.*

Complotum, *vel Complutum.*

pag.193. Aquæ Bilbitanorum, *vel Bilbilitanorum. Bilbili enim est Bilbis Ptolem.*

Arriaca, *vel Atriaca.*

Arcobrica, *vel Areobrica, vt superiori itinere.*

Nertobrica. *Superiori itinere Nitobrica: alibi Natobrica.*

Betu-

Betunica, *vel Betunia.*

Britio, *vel Bricico.* pag.194.

Raudaclunia. *In Scudij exemplari duæ mãsiones sunt* Rauda M.P.XI. *Clunia* XVI. *Vtrusq; meminit* Ptol. *Cluniæ Plinius, Finem Celtiberiæ vocans, à qua Cluniensis conventus nomen habet.*

Vasama, *vel Vesana, vel Vana.*

Alaboue, *vel Alobona, vel Alona.* pag.195.

Liminium, *vel Lamenium.*

Murum, *aliàs Aurum.*

Libisosia, *vel Libosia.* pag.196.

Sermone, *vel Ceruione.*

Astorica, *vel Asturica. vtroq; enim modo in* M.C. *legitur.*

Deobrica, *vel Deobricula:* Ptol. *Deobriga. alia enim est Deobrigula* Ptol. *id quod distantiarum ratio ostendit.*

Craccuris, *vel Grachuris.*

Bortine, *vel Burtina, aut Bostina.* pag. 197.

Aspaluca, *vel Asper Luca.*

Burdicala: *ita habet* M.C. *impressi libri Burdigala & Burdegela.*

Peralancia: Ptol. *Palancia.* pag.198.

Locobrica, *vel Lacobrica.*

Legisamone, *vel Segisamone.*

Vindeleia, *vel Vinde Legia: fortè Vendelia* Ptol.

Pompelone, *vel Pampalone.*

Aquis Terebellicis, *vel Tarbellicis.*
Mosconnum, *vel Mosconium.*
Segesa, *aliàs Segusa.*
Boios, *aliàs Bosos.*
pag.199. Telunnum, *aliàs Telonum.*
Salamocum, *aliàs Salomacum.*
Lugdunum: *Lugdunum Convenarũ.*
Calagorgis, *vel Calagorre: libro Provinciarum Bogorra.*
Planuto, *vel Plauio.*
pag.200. Lomounum: *Ptol. Limonum Pictonũ.*
Agrantomago, *vel Argantomago, vt sequenti itinere.*
Decide, *aliàs Decisia, vel Dececia.*
Agustodunum, *vel Augustodunum.*
Trauectus, *vel Traiectus.*
Vesunna: *Ptol. Vessuna.*
Augustoricum, *vel Augustoritum, vt apud Ptol.*
pag.201. Clembertum, *vel Climberrum.*

ITINERA BRITANNIARVM.

Viconia, *vel Vinouia: Ptol. Vinouium Brigantum.*
Ablato Bulgio, *vel A Blato Bulgio: lib. Notit. fortè Aballaba.*
Luguvallo, *aliàs Luguvalium, vt in sequentibus itineribus.*
pag.202. Brouonacis: *lib. Notit. Brauoniacum.*
Catarractone: *Ptol. Caturractonium.*

Isuria,

Iſuria, *Ptol. Iſurium.*
Eburacum, *vel Eboracum.*
Calcaria, *vel Cacaria.*
Camboduno : *fortè Camulodunum Ptol. & Tacito.*
Mammucio, *vel Manucio.*
Bonio, *vel Bouium.*
Vrioconio: *Ptol. Viroconium.*
Benna venta, *vel Bannauenta.*
Lactorodo , *vel Lactodoro , vt in ſequentibus itineribus.*
Maginto, *vel Magiowintum.*
Sullomacis, *vel Sulloniaca.*
Longidinio , *vel Londinio . ita nanq; frequentiùs ſcribitur.*
Duroruorno , *vel Drouerno, vel Durouerno, Duraruenno: Ptol. Daruernum: hodie Douer.* pag. 203.
Dubobrus. *Superiori itinere Durobrouis, ſequenti Durobrius. idem enim locus indicari videtur, cùm vbiq; par ſit diſtantia à Daruerno.*
Portus Lemanis : *fortè Portus nouus Ptol.*
Legeolio , *aliàs* Logetium , *in itinere ab Eburaco Londinium.* pag. 204.
Iſubrigantium : *Iſurium Brigantum Ptolem.*
Leuatrix: *ſuperiùs Lauatris: idē lib. Not.*

Brocauo:*lib.Notit.Brocouicum.*

Magiouinio : *suprà Maginto : Magis lib.Notit.*

Isannauantia,*vel Isannauaria.*

Ad Pontem:*hic in lib.Notit.nominatur pons Aelij.*

Croco calana,*vel Crorolana.*

pag.205. Ageloco,*vel Segoloco.*

Vernemeto,*vel Verometo.*

Combretouio,*vel Combretonio.*

pag.206. Alone.*Ptol.Alauna:lib.Not.Aliona.*

Galacum.*Ptol.Calagum Brigantum.*

Mancunio. *Suprà in itinere ad portũ Ritupis,Mammucio,vel Manucio.*

Iter à Muridono Viroconium. *In Scudij exemplari, A Caleua per Muridunum Viroconium : atq; ita rectiùs legitur. nam Muridunum, vel Moridunum, in medio hoc itinere ponitur.*

Vindono,*vel Vindomi.*

Brige,*vel Brage.*

pag.207. Scadum Nunniorum. *In vltimo itinere Iscadum Nunniorum: fortè Isca Dumnoniorum,vti Ptol.vocat.*

Iscelegu Augusti,*vel Iscelegia Augusti:emendo ex Ptol.Isca leg. II. Augusta.Ponit enim Ptol. prope Iscam leg. II.sic tamen, vt amborum loca semisse vnius gradus longitudinis distent, & quadrante, quo ad*

lati-

latitudinem: quæ distantiam faciunt circitèr XXXV. M.P. *hîc tamen maior ponitur distantia inter Iscam Dumnoniorum & leg.* II. *Aug.*

Brauinio, *vel Brauonio.*

Durnonouaria, *vel Durnouaria.* pag.208.

ITINERARIVM MARITIMVM.

Salsionis insula: *rectiùs Saſſonis, vel Sasonis.* pag.209.

Ab Hidrunto Leucas, &c. *Strabo medium tãtùm numerum stadiorum ponit ab Hidrunte Leucada, nempe* CL.

A Crotona Naus. *In M.C. Nauis. Scudius existimat Lacinium intelligendum Iunonis templũ, vt sit Naus positum pro Græco Νάος, quasi ob celebritatem templi, κατ' ἐξοχὴν Νάος templum dictum fuerit. Idem pro στυλίδα Scylacium legendum putat. vterq; autem locus ex Strabone & aliis geographis notus est. Quamvis enim Columnam Rhegiam Strabo στυλίδα nominet, tamen de illa hîc non fit mentio. hæc enim Regio proxima, longiùs à Crotone & Lacinio distat. Neq; Laus fluuius intelligi potest, qui ex adverso Crotonis mare ingreditur.*

Maritima. *Fortè est Hieronesus Ptol. & Plinio dicta, quam Moletius hodie Maretamo vocari scribit.* pag.210.

Egimurus: *in M. C. legitur:* Idem, &

ſi Gurumum: in impreſsis, Si & Gumurum. Emendo, Si Aegimurum. Eſt autem inſula Aegimurus ante Carthaginem ſita, nota ex Strabone, Liuio, Plinio, Ptolem. & aliis.

Si Miſſuam. *Ita habet M. C. impreſſa exemplaria Miſſanam: Plinius etiam Miſſuam vocat: Ptol. Niſuam.*

pag. 211. A Caralis Sardiana, *rectiùs Sardiniæ.*

Galata, *vel Calata, inſula vicina Numidiæ.*

A Portu Geſſoriagenſi. *Lego, A portu Geſſoriacenſi de Gallis: niſi quis malit hoc, De Gallis, ſeparatim tituli loco præponere.*

pag. 212. A Pola Iader in Dalmatias ſtadia M D. *In Scudij exemplari ponũtur* M CCI. *Plinius ponit* CLX. M. P. *quæ faciunt* MCCLXXX. *ſtadia. In eodem exemplari ponitur, Ancona Iader in Dalmatias ſtadia* M D. *quæ nauigatio in aliis exemplaribus non habetur.*

A Salona Sipontum ſtadia quingenta: *rectiùs* M D.

ITINERARIVM PORTVS, &c. *Hæc paulò aliter in Scudij exemplari leguntur, idq; hoc modo:*

Itinerarium portus & poſitionum nauium, ab Vrbe vſq; ad Oſtia Rhodani in Gallias & Arelatum.

Ab vrbe Roma vſque ad portum Auguſti M. P. XIX.

A portu Auguſti Fregenas M. P. VIIII.

A Fregenis Alſium M. P. VIIII.

Ab Alſio ad Turres M. P. IIII.

A Turribus Pyrgos M. P. XII.

Armine fluuius: *hîc in* M.C. *Armine et Harnine legitur: fortè fluuius Marta hodie dictus.* pag. 280

Intaria, *vel Incitaria.*

A Domitiana Almianiam fluuiũ. *Nullus hîc additus eſt numerus. In Scudij exemplari ita legitur: A Domitiana, quæ eſt ad Almianam fluuium, ad portum Telamonis* M. P. XII.

Scapris, *vel Scabris. nam vtroq; modo in* M. C. *legitur.*

Faleſia, *vel Faleria, vel Faliſcæ. In impreſsis exemplaribus Faleſta: in Scudij exẽplari inter Faleriam & Populonium ponitur Traiani portus.*

A Populonio Vadis: *hæc ſunt Vada Volaterrana.*

A Portu Piſano Piſis fluuius. *Piſaris fluuium vocat amnem Auſerem, qui Piſas præterfluit.*

A Luna Segeſte. *Alij Segeſtem poſt Veneris portum ponunt: inter portum Veneris*

& Delphini.

A Genua Vadis: *hæc sunt Vada Sabatia, ideóq; proximo versu pro Vadis Suadis, legendum est Sabatiis.*

pag. 214. A Viginti Milio Plagiam. *Legendum est à portu Maurico Albintemelium, seu Viginti Milium Plagiam.*

A Viginti-Milio Herclemanico: *lege à Viginti-Milio, sive Albintemelio Herculis Monœci portum.*

A Visione *lego, Ab Herculis Monœci portu ad Visionis portum.*

Anaone, *vel Naone.*

Lero & Lerinus. *In M.C. habetur Libero Ederinus: in impressò Icro & Icrino: vtrumq; mendosè. Lero & Lerina insulæ hîc significantur.*

Samblacitanus sinus, *vel Sambracitanus.*

A Pompeianis Telonen. *Post Telonē Citarista portus ponendus est.*

pag. 215. Incaro, *vel Incorio: Ptol. Tricorium.*

Fluuius Rhodanus. *lego, Ostium fluuij Rhodani. Deinde*

A Gradu per fluuium, *etc. pro Gradu autem M.C habet Gratum.*

pag. 216. INSVLAE.

Lisia *vel Bisia.*

Vindelissiata & Iga: *aliis Vindeiis Siadā-*

Siadaliga:item,Siata Iga.

Riduna:*Plin.Rimea.*

Sarmia:*aliàs Arinia.*

Andium,*vel Andros.*

Sicdelis:*Plin.Siambis.*

Diana,

Lesbos,

Erusos. *Lege Dianæ insulæ, & Ebusus. De Dianæ insulis Strabo lib.3. in extremitate Ferrarij promontorij Hispaniæ est Dianæ Ephesiæ fanum, apud Dianium oppidum, vbi ex propinquo paruæ insulæ, Planesia, Plumbaria & Limnothalassa.*

Ab insula Carthagine. *Lege, Ab hac insula, scilicet Ebuso, Carthaginem Spartariam stadia* CCCC.

Insula Columba. *Lego Colubraria, quam Græci Ophiusam dixere. Meminerũt huius Mela, Plinius, Solinus. Post hanc separatim ponenda est insula Balearis maior. Distant autem inter se Baleares* XXX. M. P.

Calamade, *vel Calama de Mauritania: fortè Chylimat fluuij ostium Ptol.* pag.217.

Amecas: *fortè, A Megas, vt intelligatur Magnum promontorium Mauritaniæ Cæsariensis, cuius etiam Ptol. meminit.*

Erinis, *vel Crinis insula.*

Hilba, *vel Hilda: Plin. & aliis Ilua.*

Egilium *insula, vel Igilium. In Scudij exemplari post Planasiam ponitur. Distat à Cosa stadia* XC. *Iluam & Igilium eleganter describit Rutilius.*

Galata. *Hanc aliqui* DCCCCXXV. *stadiis à Caralis Sardiniæ distare scribunt.*

Phalans *insula, aliàs Phalaris.*

Pontiæ : *has Plinius scribit adversum Formias positas esse.*

pag. 218. Insula Propo circa Amisedone de Campania stadiis XXX. *ita habet* M.C. *legendum autem est, Insula Prochyra distat à Miseno Campaniæ stadiis* XXX.

Capraria, *rectiùs Capreæ. Plinius, Mox à Surrento* VIII. M. P. *distãtes, Tyberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu* XL. M. P. *Alia enim est Capraria, quam Græci Aegylon dixere, cuius Rutilius meminit.*

Insula Hiraclea, *rectiùs fortè Hiera.*

Insula Arethusa, *fortè Ericusa.*

Insula Cosura, *rectiùs Cosyra.*

Insula Maltaciæ, *fortè eadem Melita.*

Carcenna, *vel Cercina.*

Girba : *hæc Lotophagitis à Plinio nominatur.*

Aguti, *vel Agita insula.*

Insula Trageia, *vel Tragetia: Plinius, Trachiæ insulæ non procul à Paxis & Corcyra.*

Siro-

Sirota. *Plinio Sibota.* pag. 219.

Apsoros, *vel Aprosos. Plin. Absyrtium, vel Absyrtides.*

Solenna, *vel Solenia.*

Lissa. *Plinio Gissa.*

Corcyra. *Hanc Plinius, Strabo, Ptol. Nigram cognominant.*

Melta, *vel Meleta: Plin. Melita.*

Sato, *rectiùs Saso, vel Sasonis insula.*

Insula Cassiope & Gorreiro: *lego, Corcyra insula, & oppida eius Corcyra, Cassiope, auctore Plinio.*

Insula Piridis: *fortè Thyrides insulæ, in mari, quod Achaiam & Cretam interluit in sinu Asinæo.*

Erithra,

Delessa. *Aliqui pro his supponunt Citheram & Eleusam, insulas Peloponneso vicinas.*

Carsa, *vel Caresa.*

Sigeos: *alij Sciatos.*

Cea: *insulæ hæ Cyclades dicuntur, quarum aliquæ postea nominantur.*

Icos, *vel Ios.*

Plotæ: *aliàs Plodæ, sed mendosè.* pag. 220.

Insulæ Parnassi montis Diopes: *Alij Triopes insulæ, cuius habitatores quondã Parnassi montis accolæ fuerunt: Plin. lib. 4. & Strabo lib. 8.*

Miganos, *vel* Myconos.

Icasia, *vel* *Incasia*, *vel potiùs* Icaria, *seu* *Icaros*.

pag. 221. Dionysia, *Plin.* *Dionysa*.

Edeneida, *vel* Edenedia, *vel* *Eudemia*.

Scyros, *vel* *Syros*.

Foce: *fortè* *Pholegandros*.

Cynthos: *rectiùs* *Cythnos*.

ITI-

ITINERARII ANTONINI PII FRAGMENTVM.

DIVVS Augustus quamvis totum terrarum orbem rectè diuiserit, vbi ait, Orbis totus diuiditur in partes tres, Europam, Africam & Asiam, quæ ferè est dupla ad quamlibet duarum: in descriptione tamen locorum Orbis multa memoratu digna siluit, quæve in præcipuis itineribus oppida & vrbes occurrant, quæ maximè tum militibus, tum peregrinantibus, tum historicis non parum proficiunt, neglexit. Ea nos suo nunc ordine præcurrere instituimus.

Ab VRBE in Gallias itur itineribus sex: Maritimo, Littoreo, Aureliano, Cassiano, Tyberino, Flaminio. Ab Vrbe in Gallias.

I. Maritimum tenet Pheregenas, Castrum nouum, Cellas, Herculem Thelamonem, caput Ethruriæ, Phaliscas, Traianũ, Populonium, Vada Lygurnum, Ericis, Entelliam, Delphinum, Genuam iter Porsenam & Pheritonem Monechum, Nyceam.

II. Littoreum continet Alsium, Cere, Pyrganũ, Forum-cellæ, Grauiscas, Cosas, Volater-

ras, Pisam, Lunam & ipsam transitum in Gallias Cariaram.

III. *Aurelianum, quod & Claudianum fertur per ipsam Aureliam Thermas Stygianas, forum nouem paganorum Claudij, Tarquinias, Saturniam, Volcen, Tunniatem montem, Rosellas, Rosetum, Tursenam & transitum Aquam.*

IV. *Cassiano itinere itur per Politorum Arcenum, Minionem, Forum Cassij, Aruntes Camilliarios, Tudernum, Varentanũ, Ambronem montem, Senam coloniam, Phocenses, Lucam & Caferonianum, transitum in Gallias.*

V. *Tyberinum, quod & Cyminium, iter fertur Gallora, Lartheniano siue Veiente Rosulo, Sutrio, Lacu Elbij & Iugis Cyminiis, Fano Volturnæ, cuius claris gestis inuidit Liuius, Salevumbrone, Volturnæ, Larthe amni, Volsiniis, Clusio veteri, olim Commersolo: Clusio nouo, à quo nunc dictus Clusentinus transitus.*

VI. *Flaminium habet Castrum nouum, Ocream & Ocriculum. Narniam olim Nequinam, Tuder Hispelum, aut à Castro nouo Spoletum, Camerinum, Vrbinũ, Pisaurum, Ariminum.*

ITINE-

ITINERARII RVTILII CLAVDII NVMATIANI* GALLI, viri Consularis, præfectorij vrbis, Tribuni militum, præfecti Prætorio, Liber primus, ad

VENERIVM RVFIVM*.

Velocem potius reditum mirarere lector
Tam citò romuleis posse carere bonis.
Quid longum toto Romam venerantibus æuo?
Nil vnquam longum est, quod sine fine placet.
O quãtũ & quoties possem numerare beatos
Nasci felici qui meruere solo.
Qui Romanorũ procerũ generosa propago
Ingenitũ cumulant vrbis honore decus.
Semina virtutum demissa & tradita cælo
Non potuere aliis dignius esse locis.
Felices etiam qui proxima munera primis
Sortiti latias obtinuere domos.
Relligiosa patet peregrinæ curia laudi,
Nec putat externos quos decet esse suos.

Ordinis imperio, collegarúmq; fruuntur,
Et partẽ genij, quẽ venerantur, habent,
Quale per ætherios mundani verticis axes
Connubium summi credimus esse Dei.
At mea dilectu fortuna reuellitur oris,
Indigenámq; suum Gallica rura vocant.
Illa quidem longis nimiùm deformia bellis:
Sed quàm grata minus, tã miseranda magis.
Securos leuius crimẽ cõtẽnere ciues,
Priuatã repetunt publica damna fidem.
Præsentes lachrymas tectis debemus auitis,
Prodest admonitus sæpe dolore labor.
Nec fas vlteriùs longas nescire ruinas,
Quas mora suspensæ multiplicauit opis.
Iam tẽpus laceris post longa incẽdia fundis
Vel pastorales ædificare casas.
Ipsi quinetiam fontes si mittere vocem,
Ipsáq; si possent arbuta nostra loqui,
Cessantem iustis poterant vrgere querelis,
Et desideriis reddere vela meis.
Iamiam laxatus caræ complexibus vrbis
Vincimur, & serum vix toleramus iter.
Electum pelagus quoniam terrena viarum
Plana madẽt fluuiis, cautibus alta rigẽt.
Postquã Tuscus ager, postquãq; Aurelius agger
Perpessus geticas ense, vel igne manus,
Nõ siluas domibus, nõ flumina põte coërcet,
Incertò satius credere vela mari.
Crebra relinquẽdis infigimus oscula portis,
Inuiti

Inuiti ſuperant limina ſacra pedes.
Oramus veniã lachrymis, et laude litamus,
Inquantum fletus currere verba ſinit.
Exaudi regina tui pulcherrima mundi
Inter ſidereos Roma recepta polos.
Exaudi genetrix hominũ, genetrixq; deorũ:
Non procul à cælo per tua templa ſumus.
Te canimus, ſemperq; ſinent dum fata, canemus.
Soſpes nemo põt immemor eſſe tui.
Obruerint citiùs ſcelerata obliuia ſolem,
Quàm tuus ex noſtro corde recedat honos.
Nam ſolis radiis æqualia munera tendis,
Quà circunfuſus fluctuat Oceanus.
Voluitur ipſe tibi, qui cõtinet omnia, Phœbus,
Eq; tuis ortus, in tua condit equos.
Te nõ flammigeris Libyæ tardauit arenis,
Non armata ſuo reppulit Vrſa gelu.
Quantum vitalis natura tetendit in axes,
Tantum virtuti peruia terra tuæ.
Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,
Profuit iniuſtis te dominante capi:
Dúmq; offers victis proprij conſortia iuris,
Vrbem feciſti, quod priùs orbis erat.
Auctorẽ generis Venerẽ, Martémq; fatemur,
Aeneadum matrẽ, Romulidúmq; patrem.
Mitigat armatas victrix clementia vires,
Conuenit in mores nomen vtrunq; tuos.
Hinc tibi certãdi bona parcẽdiq; voluptas:
Quos timuit, ſuperat: quos ſuperauit, amat.

Inventrix oleæ colitur, viniq; repertor,
Et qui primus humo pressit aratra puer.
Aras pæoniã meruit medicina per artem,
Fretus & Alcides nobilitate deus.
Tu quoq; legiferis mundũ cõplexa triũphis
Fœdere communi viuere cuncta facis.
Te dea te celebrat Romanus vbiq; recessus,
Pacificóq; gerit libera colla iugo.
Omnia perpetuos quæ seruãt sidera motus,
Nullum viderunt pulchrius imperium.
Quid simile Assyriis cõnectere cõtigit arma,
Medi finitimos cùm domuere suos?
Magni Parthorũ reges, Macedúmq; tyranni
Mutua per varias iura dedere vices.
Nec tibi nascenti plures animæq; manúsq;,
Sed plus consilij, iudiciiq; fuit.
Iustis bellorum causis, nec pace superba
Nobilis ad summas gloria venit opes.
Quòd regnas, minus est, quàm quòd regnare mereris,
Excedis factis grandia facta tuis.*
Percẽsere labor densis decora alta trophæis,
Vt si quis stellas pernumerare velit:
Cõfundúntq; vagos delubra micãtia visus:
Ipsos crediderim sic habitare deos.
Quid loquar aërio pendentes fornice riuos?
Quà vix imbriferas tolleret Iris aquas.
Hos potius dicas creuisse in sidera montes.
Tale gigantæum Græcia laudat opus.

Intercepta tuis conduntur flumina muris,
Consumunt totos celsa lauacra lacus.
Nec min⁹ et propriis celebrãtur roscida venis,
Totáq; natiuo mœnia fonte sonant.
Frigidus æstiuas hinc tẽperat halitus auras,
Innocuámq; leuat purior vnda sitim.
Nẽpe tibi subitus calidarũ gurges aquarũ
Rupit Tarpeias hoste premente vias.
Si foret æternus, casum fortasse putarem:
Auxilio fluxit, qui rediturus erat. (uas?
Quid loquar inclusas inter laquearia sil-
Vernula quæ vario carmine ludat auis.*
Vere tuo nunquam mulceri desinit annus,
Delitiásq; tuas victa tuetur hyems.
Erige crinales lauros, seniúmq; sacrati
Verticis in virides Roma recinge comas.
Aurea Turrigero radient diademata cono,
Perpetuósq; ignes aureus vmbo vomat.
Abscondat tristem deleta iniuria casum,
Contẽptus solidet vulnera clausa dolor.
Adversus solem ne vis sperare secunda:*
Exemplo cæli ditia damna subis.
Astrorum flammæ renouant occasibus ortus,
Lunam finiri cernis, vt incipiat.
Victoris Breni non distulit Allia Pœnum,
Samnis seruitio fœdera sæua luit.
Post multas Pyrrhũ clades superata fugasti.
Fleuit successus Annibal ipse suos.
Quæ mergi nequeũt, nixu maiore resurgũt,

Exiliúntq; imis altiùs alta vadis.
Vtq; nouas vires fax inclinata resumit,
Clarior ex humili sorte superna petis.
Porrige victuras Romana in sæcula leges,
Soláq; fatales non vereare colos.
Quamvis sedecies denis & mille peractis
Annus præterea iam tibi nonus eat.
Quæ restant nullis obnoxia tempora metis,
Dum stabunt terræ, dũ polus astra feret.
Illud te reparat, quod cætera regna resoluit,
Ordo renascendi est crescere posse malis.
Ergo age sacrilegæ tandẽ cadat hostia gẽtis,
Submittant trepidi perfida colla Getæ.
Ditia pacatæ dent vectigalia terræ,
Impleat Augustos barbara præda sinus.
Aeternũ tibi Renus aret, tibi Nilus inũdet,
Altricémq; suam fertilis orbis alat.
Quin & fœcũdas tibi cõferat Africa messes,
Sole suo diues, sed magis Imbre tuo.
Interea Latiis consurgant horrea sulcis,
Pinguiáq; hesperio nectare præla fluãt.
Ipse triũphali redimitus arundine Tybris,
Romuleis famulas ossibus * aptet aquas.
Atq; opulenta tibi placidis commercia ripis
Devehat hinc ruris, subvehat inde maris.
Pande precor gemino placatũ Castore põtũ,
Temperet æquoream dux Cytheræa viã.
Si non displicui regerem cùm iura Quirini,
Si colui sanctos, consuluíq; patres.

Nãm

Nā quòd nulla meū strinxerūt crimina fer-
Non sit præfecti gloria, sed populi. (rum,
Sive datur patriis vitam componere terris,
Sive oculis vnquam restituere meis,
Fortunatus agam, votóq; beatior omni
Semper, digneris si meminisse mei.
His dictis iter arripimus, comitātur amici:
Non possum sicca dicere luce Vale.
Iámq; aliis Romā redeuntibus hæret eunti
Rufius Albini gloria viua patris,
Qui Volusi antiquo deriuat stēmate nomē,
Et reges Rutulos, teste Marone, refert.
Huius facundæ commissa palatia linguæ,
Primæuus meruit principis ore loqui.
Rexerat antè puer populos pro cōsule Pœnos,
Aequalis Tyrus terror, amórq; fuit.
Sædula promisit summos imitatio fasces,
Si fas est meritis fidere, consul erit.
Inuitum tristis tandem remeare coegi,
Corpore diuiso mens tamen vna fuit.
Tum demū ad naues gradior, quà fronte bi
Diuiduus Tybris dexteriora secat. (corni
Læuus inaccessis fluuius vitatur arenis:
Hospitis Aeneæ gloria sola manet.
Et iam nocturnis spatium laxauerat horis
Phœbus chelarum pallidiore polo,
Cūctamur tentare solū*, portúq; sedemus,
Nec piget oppositis otia ferre moris,
Occidua infido dum sæuit gurgite Plias,

Dúmq; procellosi temporis ira cadit,
Respectare iuuat vicinam sæpius vrbem,
Et montes visu deficiente sequi,
Quáq; duces oculi grata regione fruuntur,
Dũ se, quod cupiunt, cernere posse putãt,
Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,
Qui dominas arces et caput orbis habet.
Quanquã signa leuis fumi cõmẽdat Home-
Dilecto quoties surgit in astra solo: (rus,
Sed cæli plaga candidior, tractúsq; serenus
Signat septenis culmina clara iugis.
Illic perpetui soles, atq; ipse videtur,
Quem sibi Roma facit, purior esse dies.
Sæpius attonitæ resonant Circensibus aures,
Nuntiat accensus plena theatra fauor.
Puls to notæ redduntur ad æthera voces*,
Vel quia perveniũt, vel quia fingit amor.
Explorata fides pelagi terquinq; diebus,
Dum melior Lunæ fideret aura nouæ.
Tum discessurus studiis, vrbiq; remitto
Palladium generis spémq;, decúsq; mei.
Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis
Missus Romani discere iura fori,
Ille meæ secum dulcissima vincula curæ
Filius affectu, stirpe propinquus habet.
Cu us Aremoricas pater Exuperantius oras
Nunc postliminium pacis amore docet.
Leges restituit, libertatémq; reducit,
Et seruos famulis non sinit esse suis.

Solui-

Soluimus auroræ dubio quo tēpore primùm,
Agnosci patitur redditus arua color. (bis,
Progredimur paruis per littora proxima cym
Quarū perfugio crebra pateret humus.
Aestiuos penetrēt oneraria carbasa fluctus,
Tutior autumnus nobilitate fugæ.*
Alsia prælegitur tellus: Pyrgíq; recedunt
Nunc villæ grandes, oppida parua prius.
Iam Ceretanos demonstrat nauita fines,
Aeuo deposuit nomen Agylla vetus.
Stringimus & fluctu & tēpore castrū,
Index semiruti porta vetusta loci.
Præsidet exigui formatus imagine saxi,
Qui pastorali nomina fronte gerit.
Multa licet priscum nomen deleuerit ætas,
Hoc Inui castrum fama fuisse putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutauit mænala siluis,
Siue sinus patrios incola Faunus init.
Dum renouat largo mortalia semina fœtu,
Fingitur in Venerem pronior esse Deus.
Ad Centumcellas forti deflexímus haustro,
Tranquilla puppes in statione sedent.
Molibus æquoreū cōcluditur amphitheatrū,
Angustósq; aditus insula facta tegit.
Attollit geminas turres, bifidóq; meatu
Faucibus arctatis pandit vtrunq; latus.
Nec posuisse satis laxo naualia portu,
Ne vaga vel tutas ventilet aura rates,
Interior medias sinus inuitatus in ædes

Instabilem fixis aëra nescit aquis.
Qualis in Euboicis captiua natatib. vnda*
Sustinet alterno brachia lenta sono.
Nosse iuuat Tauri dictas de nomine thermas,
Nec mora difficilis milib. ire trib.
Non illic gustu latices vitiantur amaro,
Lymphaq; fumifico sulphure tincta calet.
Purus odor, mollisq; sapor dubitare labātē*
Cogit, qua melius parte petantur aquæ.
Credere si dignum famæ, flagrātia Taurus
Investigato fonte lauacra dedit.
Vt solet excussis pugnam præludere glebis,
Stipite cùm rigido cornua prona terit.
Sive deus faciem mentitus & ora iuuenci,
Noluit ardentis dona latêre soli.
Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virgineum sollicitauit onus.
Ardua non solos deceant miracula Graios,
Auctorē pecudem fons Heliconis habet.
Elicitas simili credamus origine nymphas,
Musarum latices vngula fodit equi.
Hæc quoq; Pieriis spiracula cōparat antris,
Carmine Messalæ nobilitatus ager.
Intrantémq; capit, discedentémq; moratur
Postibus affixum dulce poëma sacris.
Hic est qui primo seriem de consule ducit,
Vsq; ad Publicolas si redeamus auos.
Hic & præfecti nutu prætoria rexit:
Sed menti & linguæ gloria maior inest.

Hic

Hic docuit, qualem poscat facundia sedem,
  Vt bonus esse velit, quisq; disertus erit.
Roscida puniceo fulsere crepuscula cælo:
  Pandimus obliquo lintea flexa sinu.
Paulisper litus fugimus Munione* vado-
  Suspecto trepidāt hostia parua solo. (sum,
Inde Grauiscarum fastigia rara videmus,
  Quas premit æstiuæ sæpe paludis odor.
Sed nemorosa viret * densis vicinia lucis,
  Pineaq; extremis fluctuat vmbra fretis.
Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
  Et desolatæ mœnia fœda Cosæ.
Ridicula cladis * pudet inter seria causam
  Promere, sed risum dissimulare piget.
Dicuntur ciues quondam migrare coacti,
  Muribus infestos deseruisse lares.
Credere maluerim pygmeæ dāna cohortis,
  Et coniuratas in sua bella grues.
Haud procul hinc petitur signatus ab Her
    cule portus:
  Vergentem sequitur mollior aura diem.
Inter castrorum vestigia sermo retexit
  Sardoam Lepido præcipitante fugam*.
Littore nanq; Cosæ cognatos depulit hostes,
  Virtutem Catuli Roma secuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior ciuilibus armis,
  Qui gessit sociis impia bella tribus.
Qui libertatem Mutinensi Marte receptam
  Obruit auxiliis vrbe fauente * nouis.

Insidias paci moliri tertius ausus,
Tristibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno,
Incesti pœnam soluit adulterij.
Nunc quoq; sed melius, de nostris fama queretur,
Iudex posteritas semina dira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores,
Moribus an potius nomina certa dari?
Quidquid id est mirus latiis annalib. ordo,
Quod Lepidum toties reccidit ense malū.
Necdum decessis pelago permittitur vmbris,
Natus vicino vortice ventus adest.
Tenditur in medias mōs Argētarius vndas,
Ancipitiq; iugo cærula curua premit.*
Transversos colles bisternis milibus artat,*
Circuitu ponti terduodena patet.
Qualis per geminos fluctus Ephyreius Isthmos
Ionias bimari littore findit aquas.
Vix circum vehimur sparsæ dispendia rupis,
Nec sinuosa graui cura labore caret.
Mutantur totiens vario spiramina flexu:
Quæ non profuerāt vela, repente nocent.*
Eminus Iglij siluosa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore suæ.
Hæc proprios nuper tutata est insula saltus,
Sive loci ingenio, seu domini genio.
Gurgite cùm modico victricibus obstitit armis,
Tanquā lōginquo dissociata mari.

Hæc

Hæc multos lacera ſuſcepit ab vrbe fugatos,
Hîc feſsis poſito certa timore ſalus.
Plurima terreno populauerat æquora bello
Contra naturam claſſe timendus eques.
Vnum, mira fides, vario diſcrimine portum
Tam propè Romanis, tã procul eſſe Getis.
Tangimus Vmbronẽ: non eſt ignobile flumẽ,
Quod tuto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis ſemper patet alue⁹ vndis,
In pontum quoties ſæua procella ruit.
Hîc ego tranquillæ volui ſuccedere ripæ,
Sed nautas auidos longiùs ire ſequor.
Sic feſtinantem ventúſq;, diéſq; reliquit,
Nec proferre pedem, nec reuocare licet.
Littorea noctis requiem metamur arena,
Dat veſpertinos myrtea ſilua focos.
Paruula ſubiectis facimus tentoria remis,
Tranſverſus ſubito culmine contus erat.
Lux aderat, tonſis progreſsi ſtare videmur:
Sed curſum proræ terra relicta probat.
Occurrit chalybũ memorabilis Ilua metal-
Qua nihil vberi⁹ Norica gleba tulit. (lis,
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quæ ſardonio ceſpite maſſa fluit.
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix,
Quàm Tarteſsiaci glarea fulua Tagi.
Materies vicijs aurum lætale parandis,
Auri cæcus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera tædas,

Virgineósq; sinus aureus imber emit.
Auro victa fides munitas decipit vrbes,
Auri flagitiis ambitus ipse furit.
At contrà ferro squallentia rura coluntur,
Ferro viuendi prima reperta via est.
Secula semideûm ferrati nescia Martis
Ferro crudeles sustinuere feras.
Humanis manibus nō sufficit vsus inermis,
Si non sint aliæ ferrea tela manus.
His mecum pigri sanabar tædia* venti,
Dū resonat variis vile celeuma modis:
Lassatum cohibet vicina Faleria cursum,
Quanquam vix medium Phœbus haberet iter.
Et tum fortè ilares per cōpita rustica fagi*
Mulcebant sacris pectora fessa iocis.
Illo quippe die tandem renouatus Osyris
Excitat in fruges germina læta nouas.
Egressi villam petimúsq;,lutóq; vagamur,
Stagna placent septo delitiosa vado;
Ludere lasciuos inter viuaria pisces
Gurgitis inclusi laxior vnda sinit.
Sed malè pensauit requiē stationis amœnæ
Hospite conductor durior Antiphate.
Nanq; loci querulus curam Iudæus agebat,
Humanis animal dissociale cibis.
Vexatos frutices,pulsatas imputat algas,
Damnáq; libatæ grandia clamat aquæ.
Reddimus obscenæ conuicia debita genti,

Quæ

Quæ genitale caput propudiosa metit.
Radix stultitiæ, cui frigida sabbata cordi:
Sed cor frigidius relligione sua est.
Septima quæq; dies turpi dānata veterno,
Tanquam lassati mollis imago dei.
Cætera mendacis deliramenta catastæ,
Nec pueros omnes credere posse reor.
Atq; vtinā nunquā Iudæa subacta fuisset
Pompeij bellis, imperióq; Titi.
Latius excisæ pestis contagia serpunt,
Victorésq; suos Natio victa premit.
Aduersus surgit boreas, sed nos quoq; remis
Surgere certamus, cùm tegit astra dies.
*Proxima securū reserat * Populonia littus,*
Quà naturalem ducit in arua sinum.
Non illic positas extollit in æthera moles
Lumine nocturno conspicienda Pharos:
Sed speculum validæ rupis sortita vetustas,
Quà fluctus domitos arduus vrget apex.
Castellū geminos hominū fraudauit in vsus *
Præsidium terris, indiciúmq; fretis.
Agnosci nequeunt æui monimenta prioris,
Grandia cōsumpsit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis vestigia muris:
Ruderibus latis tecta sepulta iacent.
Non indignemur mortalia corpora solui,
Cernimus exemplis oppida posse mori.
Lætior hic nostras crebrescit fama per aures,

Consilium Romam penè redire fuit.
Hîc præfecturam sacræ cognoscimus vrbis
Delatam meritis dulcis amice tuis.
Optarem verum complecti carmine nomen,
Sed quosdam refugit regula dura pedes.
Cognomen versu Veneris carissime Rufi
Illo te dudum pagina nostra canit.
Festa dies, pridémq; meos dignata penates,
Poste coronato vota secunda colat.
Exornent virides communia gaudia rami,
Provecta est animæ portio magna meæ.
Sic mihi sic potius placeat geminata potestas,
Per quem malluerā, rursus honore fruar.
Currere curamus velis aquilone reverso,
Cùm primùm roseo fulsit Eous equo.
Incipit obscuros ostendere Corsica montes:
Nubiferúmq; caput cōcolor vmbra leuat.
Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu,
Defessísq; oculis Luna reperta latet.
Hæc ponti breuitas auxit mendacia famæ,
Armentale ferunt quippe natasse pecus,
Tēpore Cyrnæas quo primùm venit in oras,
Fortè secuta vagū fœmina Corsa bouem.
Processu pelagi iam se Capraria tollit,
Squallet lucifugis insula plena viris.
Ipsi se monacos graio cognomine dicunt,
Quòd soli nullo viuere teste volunt.
Munera fortunæ metuūt, dū dāna verētur:
Quisquā sponte miser ne miser esse queat?

Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dũ mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbũ assignauit Homerus
Bellerophontæis *sollicitudinibus.*
Nam iuueni offenso sæui post tela doloris
Dicitur humanum displicuisse genus.
In Volaterranũ *verò* Vada *nomine tractũ*
Ingressus dubij tramitis alta lego.
Despectat proræ custos, clauúmq; sequẽtem
Dirigit, & puppim voce monente regit.
Incertus gemina discriminat arbore fauces,
Defixásq; offert limes vterq; sudes.
Illis proceras mos est adnectere lauros
Conspicuas ramis & fruticante coma,
Vt præbente algam densi symplegade limi
Seruet inoffensas semita clara notas.
Illic me rapidus consistere corus adegit,
Qualis siluarum frangere lustra solet.
Vix tuti domibus sæuos tolerauimus Imbres,
Albini *patuit proxima villa mei.*
Nãq; meus, quẽ Roma *meo subiũxit honori,*
Per quem iura meæ continuata togæ
Non expectatos pensauit laudibus annos,
Vitæ flore puer, sed grauitate senex.
Mutua germanos iunxit reverentia mores,
Et fauor alternis creuit amicitiis.
Prætulit ille meas, cùm vincere posset, habenas:

Prædecessoris maior amore fuit.
Subiectas villæ vacat aspectare salinas.
Nanq; hoc censetur nomine salsa palus.
Quà mare terrenis decliue canalib. intrat,
Multifidósq; lacus paruula fossa rigat.
Ast vbi flagrantes admouit Sirius ignes,
Cùm pallēt herbæ, cùm sitit omnis ager,
Cùm cataractarū * claustris excluditur æquor,
Vt fixos latices horrida duret humus.
Concipiunt acrem natiua coagula Phœbū,
Et grauis æstiuo crusta calore coit,
Haud aliter quàm cùm glacie riget horridus Ister,
Grãdiáq; adstricto flumine plaustra vehit.
Rimetur solitas natura expendere causas,
Inq; pari dispar fomite quærat opus.
Iuncta fluenta gelu cōspecto sole liquescunt,
Et rursus liquidæ sole gelantur aquæ,
O quàm sæpe malis generatur origo bonorū,
Tempestas dulcē fecit amara morā. (tis,
Victorinus enim, nostræ pars maxima men
Congressu expleuit mutua vota suo.
Errantem Tuscis considere compulit agris,
Excolere externos capta Tolosa lares.
Nec tantùm duris nituit sapientia rebus,
Pectora * non alio prosperiora tulit.
Consulis * Oceanus virtutū, conscia Thule,
Et quicunq; ferox arua Britannus arat.

Quà

Quì præfectorum vicibus frænata potestas
Perptuum magni fœnus amoris habet.
Extremũ pars illa quidem discessit in orbem,
Sed tanquam medio rector in orbe fuit.
Plus palmæ est illos inter voluisse placere,
Inter quos minor est displicuisse pudor.
Illustris nuper sacræ comes additus aulæ,
Contempsit summos ruris amore gradus.
Hunc ego cõplexus, ventorũ adversa fefelli,
Dum videor patriæ iam mihi parte frui.
Lutea protulerat sudos aurora iugales,
Antennas tendi littoris unda iubet.
Inconcussa vehit trãquillus aplustria flatus,
Mollia securo vela rudente tremunt.
Assurgit ponti medio circunflua Gorgon
Inter Pisanum Cyrnaicúmq; latus*,
Adversus scopulos, damni monimẽta recẽtis,
Perditus hic vivo funere civis erat.
Noster enim nuper iuvenis maioribus amplis,
Nec censu inferior, coniugióve minor,
Impulsus furiis homines, divósq; reliquit,
Et turpem latebrã credulus exul agit.
Infelix putat illuvie cælestia pasci,
Séq; premit læsis sævior ipse deis.
Num rogo deterior Circæis secta venenis?
Tunc mutabantur corpora: nunc animi.
Inde Triturritam petimus, sic villa vocatur,
Quæ latet expulsis insula penè fretis.
Nanq; manu iunctis procedit in æquora saxis,

Quiq; domū posuit, condidit antè solum.
Contiguū stupui portū, quē fama frequētat
Pisarum emporio, diuitiisq; maris.
Mira loci facies pelago pulsatur aperto,
Inq; omnes ventos littora nuda patent.
Nōnullus *tegitur per brachia tuta recessus,
Aeolias posit qui prohibere minas.
Sed procera suo prætexitur alga profundo,
Molliter offensæ non nocitura rati:
Et tamen insanas cedēdo interrigat vndas,
Nec sinit ex alto grande volumen agi.
Tēpora nauigij* clarus reparauerat Eurus.
Sed mihi Protadium visere cura fuit:
Quē qui fortè velit certis cognoscere signis,
Virtutis speciem corde vidente petat.
Nec magis efficiet similem pictura colorem,
Quàm quæ de meritis mista figura venit.
Aspicienda procul certo prudentia vultu,
Formáq; iustitiæ suspicienda micat.
Sit fortasse minus, si laudet Gallia ciuem,
Testis Roma sui præsulis esse potest.
Substituit patriis mediocres Vmbria sedes,
Virtus fortunam fecit vtraq; * parem.
Mēs invicta viri pro magnis parua tuetur,
Pro paruis animo magna fuere suo.
Exiguus regum rectores cespes habebat,
Et Cincinnatos iugera pauca dabant.
Hæc etiam nobis non inferiora feruntur
Vomere Serrani, Fabriciiq; foco.

Puppi-

Puppibus ergo meis fida in statione locatis,
Ipse vehor Pisas, quà solet ire pedes.
Præbet equos, offert etiã carpenta tribunus
Ex commilitio carus & ipse mihi,
Officiis regerem cùm regia tecta magister,
Armigeráisq; Pij principis excubias,
Alpheæ veterem cõtemplor originis vrbem,
Quam cingũt geminis Arnus & Ausur aquis.*
Conũ Pyramidis coëuntia flumina ducunt,
Intratur modico frons patefacta solo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum solus scilicet Arnus adit.
Antè diu quàm Troiugenas fortuna penates
Laurentinorum regibus insereret;
Elide deductas suscepit Etruria Pisas,
Nominis indicio testificata genus.
Hîc oblata mihi sancti genitoris imago,*
Pisani proprio quam posuere foro.
Laudibus amissi cogor lachrimare parẽtis,
Fluxerunt madidis gaudia mœsta genis.
Nãq; pater quondã Tyrrhenis præfuit aruis,
Fascibus & senis credita iura dedit.
Narrabat, memini, multos emẽsus honores,
Tuscorum regimen plus placuisse sibi.
Nam neq; opum curam, quamvis sit magna, sacrarum,
Nec ius quæsturæ grata fuisse magis.
Ipsam si fas est postponere præfecturam,
Pronior in Tuscos non dubitabat amor:

Nec fallebatur tam carus & ipse: probatis
Aeternas grates mutua cura canit:
Constantémq; sibi pariter, mitémq; fuisse
Insinuant natis qui meminere senes.
Ipsum me gradibus non degenerasse parētis
Gaudent, & duplici sedulitate fouent.
Hæc eadem cū Flamminiæ regionibus irem,
Splendorus patrij sæpe reperta fides.
Famā Lachanij veneratur nominis instar*
Inter Turrigenas Lydia tota suos.
Grata bonis priscos retinet prouincia mores,
Dignáq; rectores semper habere bonos.
Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus
Per Corythi populos arua beata regit.
Nec mirum, magni si redditus indole nati
Felix tam simili posteritate pater.
Huius vulnificis satyra ludente camœnis
Nec Turnus potior, nec Iuuenalis erit.
Instituit veterem censoria lima pudorem:
Dúmq; malos carpit, præcipit esse bonos.
Non olim sacri iustissimus arbiter auri
Circunsistentes reppulit Harpyias,
Harpyias, quarū decerpitur vnguibus orbis,
Quæ pede glutineo, quod tetigere, trahūt.
Quæ luscū faciunt Argū, quæ Lyncea cæcū:
Inter custodes publica furta volant.
Sed non Lucillum Briareia præda fefellit,
Tótq; simul manibus restitit vna manus,
Iámq; Trituritam Pisæa ex vrbe reuersus

Apta-

Aptabam nitido pendula vela noto,
Cùm subitis tectus nimbis insorduit æther,
Sparserunt radios nubila rupta vagos.
Substitimus. quis enim sub tempestate maligna
Insaniturus audeat ire fretus?
Otia vicinis terimus naualia siluis,
Sectandisq; iuuat membra mouere feris.
Instrumenta parat venandi villicus hospes,
Atq; olidum doctas nosse cubile canes.
Funditur insidiis: & rara fraude plagarum,
Terribilisq; cadit fulmine dentis aper.
Quem meleagræi vereantur adire lacerti,
Qui laxet nodos Amphitryoniadæ.
Tum responsuros persultat buccina colles,
Fitq; reportanda* carmine præda leuis.
Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies.
Iam matutinis Hyades occasibus vdæ,
Iam latet hyberno cōditus hymbre lepus:
Exiguū radiis sed magnis fluctibus astrum,
Quo madidā nullus nauita linquit humū.
Nanq; procelloso subiungitur Oarioni*,
Aestiferúmq; canem roscida præda fugit.
Vidimus excitis pontum flauescere arenis,
Atq; eructato vortice rura tegi.
Qualiter Oceanus mediis infunditur agris,
Destituēda vago cùm premit arua salo:
Siue alio refluus nostro colliditur orbe,
Siue corusca suis sidera pascit aquis.

ITINERARII RVTILII CLAVDII NVMATIANI DE REditu suo, Liber secundus.

Nondum lõgus erat, nec multa volumina passus
Iure suo poterat longior esse liber:
Tædia continuo timuit cessura labori,
Sumere ne lector iuge paueret opus.
Sæpe cibis affert serus fastidia finis.
Gratior est modicis haustibus vnda siti.
Intervalla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus milia crebra lapis.
Partimur trepidũ per opuscula bina ruborẽ,
Quem satius fuerat sustinuisse semel.
Tandem nimbosa maris obsidione solutis,
Pisano portu contigit alta sequi.
Adridet placidum radiis crispãtibus æquor,
Et sulcata leui murmurat vnda sono.
Incipiunt Appenini devexa videri:
Quà fremit aërio monte repulsa Thetis:
Italiam rerum dominam qui cingere visu,
Et totam pariter cernere mente velit,
Inveniet quernæ similem procedere frondi,

Artatam laterum conveniente sinu.
Milia per longum decies centena teruntur
A Ligurum terris ad freta Sicaniæ.
In latũ variis damnosa anfractibus intrat
Tyrrheni rabies, Adriaciq; salis.*
Quà tamen est iuncti maris angustissima tellus,
Triginta & centum milia sola patet,
Diuersas medius mõs obliquatur in vndas,
Quà fert atq; refert Phœbus vterq; diẽ.
Vrget Dalmaticos eoo vertice fluctus,
Cærulaq; occiduis frangit Etrusca iugis.
Si factũ certa mundum ratione fatemur,
Consiliúmq; Dei machina tanta fuit,
Excubiis Latiis prætexuit Appeninum:
Claustráq; mõtanis vix adeunda viis,
Inuidiam timuit natura, parúmq; putauit
Arctois Alpes opposuisse minis,
Sicut vallauit multis vitalia membris,
Nec semel inclusit, quæ pretiosa tulit,
Iam tũ multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitósq; habuit Roma futura deos.
Quo magis est facinus diri Stiliconis acerbũ,
*Proditor arcani quòd fuit * imperij.*
Romano generi dum nititur esse superstes,
Crudelis summis miscuit ima furor:
Dúmque timet, quidquid se fecerat ipse timeri,
Immisit latiæ barbara tela neci.]

Visceribus nudis armatum condidit hostem
Illatæ cladis liberiore dolo.
Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius, quàm caperetur, erat.
Nec tantùm Geticis grassatus proditor armis,
Ante sibyllinæ fata cremauit opis.
Odimus Althæam consumpti funere torris.
Nisæum crinem flere putantur aues.
At Stilico æterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit præcipitare colos.
Omnia tartarei cessent tormenta Neronis,
Consumat stygias tristior vmbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille:
Hic mundi matrem perculit, ille suam.
Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces,
Carmine proposito iam repetamus iter.
Advehimur celeri candentia mœnia lapsu,
Nominis est auctor sole corusca soror.
Indigenis superat ridentia lilia saxis,
Et leui radiat picta nitore silex.
Diues marmoribus tellus, quæ luce coloris
Provocat intactas luxuriosa niues.

Reliqua desiderantur.

LE-

LECTORI S.

RVtilij Claudij Numatiani Itinerariū Neapoli edidit Petrus Summontius, & Bononiæ Ioannes Baptista Pius, anno Domini 1520. & postremò Venetiis Onuphrius Panuinius in Commentariis reipublicæ Romanæ, anno 1558. Nos Summontij editionem non vidimus, sed alia duo exemplaria conferentes, diuersitatē lectionis adnotauimus: idem fecimus in his versibus, quos plurimos ex Rutilio citat Leander Albertus. Postremò nostras coniecturas de quibusdam locis, qui nobis suspecti videbantur, addidimus. Etenim hic Poëta, quanquam Christianæ religionis hostis fuerit, vt ex his Elegis apparet, tamen propter elegantiam dignus est, qui emendatè & eleganter in publicum prodeat. pag. 297.

Ad Venerium Rufium. *Panuinius Rufum vocat, sed malè. nam Rufius dicebatur, idq; ex carmine Rutilij apparet,*

Rufius Albini gloria viua patris. Item,
Cognomen versu Veneris carissima Rufi.

Grandia facta. *Onuphrius Panu. legit, Grandia fata.* pag. 300.

Vernula quæ, &c. *Onuph. Vernula quæ vario carmine ludit auis.* pag. 301.

Aduerſus ſolem ne vis ſperare ſecunda. *Lego, Aduerſis ſolemne tuis ſp. ſec.*

pag. 302. Romuleis famulas oſsibus. *Lego, Vſibus.*

303. Cunctamur tentare ſolum. *L. Salum.*

304. Pulſato notæ redduntur ad æthera voces. *Quid, ſi legamus, Ab æthere.*

305. Tutior autumnus nobilitate fugę. *Onuph. legit, Mobilitate fugæ.*

306. Qualis in Euboicis captiua natatibus vnda. *Onuph. legit, Natantibus: ſed mihi vetus lectio magis placet.*

Purus odor, molliſque ſapor dubitare labantem: *hîc Labantem pro Lauãtem poſitum: ſicvti ſæpe B, pro V, poſuere Veteres.*

307. Pauliſper littus fugimus Munione. *Albertus Leander legit, Minione.*

Sed nemoroſa viret. *Lean. Numeroſa: vetus tamen lectio magis placet.*

Ridiculam cladis. *Lean. Ridiculum clades.*

Inter caſtrorũ veſtigia ſermo retexit

Sardoam Lepido præcipitante fugam. *Lean. Inuia caſtrorum: Item Sardoũ Lepido. Meminit hîc quatuor Lepidorũ, quorum primus eſt M. Aemilius, qui cum Q. Lutatio Catulo conſul fuit, anno 675. Hic cùm acta Syllæ conaretur reſcindere, bellum excita-*

excitauit: à Q. Catulo collega Italia pulsus, & in Sardinia frustra bellum molitus, periit. Epitoma Liuij 90. Apianus 1. Secundus est M. Aemilius M. F. Lepidus, qui Cæsarem Dictatorem dixit, ac illi postea magister equitum fuit, & demũ cum Antonio & Octauio Triumvir R. P. C. Meminere huius Cicero, Plutarchus, Suetonius, Dio, Apianus, Epitoma Liuij. Tertius est M. Aemilius Lepidus prioris filius: qui cùm in Augustum coniurasset, à Mæcenate occisus est. Epitoma 133. Velleius 2. Dio lib. 54. Quartus Aemilius Lepidus, à Caio Cæsare Caligula occisus est, ob adulterium cum sororibus ipsius commissum, & insidias adversum se paratas. Sueton. in Caligula, Dio lib. 59. Seneca 1. lib. Epistolarum, 4.

Vrbe fauente. *Onuph. pauente.*

Cerula curua: *Lean. Cerula rura.* pag. 308.

Artat. *Lean. Effert: sed prior lectio mihi magis probatur, loquitur enim de angustiis & quasi Isthmo quodam, quo Argentarius mons continenti iungitur.*

Quæ non profuerant. *Malim, Quæ nunc profuerant.*

Sanabar tædia. *Onuph. Solabar.* 310.

Fagi. *Fortè Vagi.*

Reserat. *Lean. Referat.* 311.

Hominum fraudauit in vsus *Lean.*

Fundauit.

pag. 314. Cùm cataractarũ. *Fortè, Tum catar.*

Pectora. L. *Pectore.*

Consulis. *Onuph. Conscius.*

315. Cyrnaicúmq; latus. *Onuph. Cyrniacúmq;. Quid, si pro Latus, legamus* Littus?

316. Nonnullus. *Onuph. Non vllus.*

Nauigij. *Onuph. Nauigiis.*

Vtraq;. *Onuph. Vtramq;.*

317. Ausur. *Onuph. Ansur.*

Hic oblata, *&c. Quatuor versus, qui hîc ordine sequuntur, in editione Pij non habentur, sed ab Onuphrio additi sunt.*

318. Nominis instar. L. *Numinis.*

319. Non olim. *Fortè, Nam olim.*

Reportanda. *Onuph. Reportando.*

Oarioni. *Onuph. Orioni.*

320. ITINERARII LIBER secundus.

Onuphrius librum hunc ita inscribit:

Rutilij Claudij Numatiani Galli V C. De reditu suo, Itinerarij liber secundus ad Venerium Rufum.

321. Salis. *Onuph. Sali.*

Quod fuit. *Onuph. Qui fuit.*

VIBI-

VIBIVS SEQVESTER VIRGILIANO FILIO Salutem.

QVANTO *ingenio ac studio, fili carissime, apud plerosq;* Poëtas *fluminum mentio habita est, tanto labore sum sequutus eorum & regiones, & vocabula, & qualitates in literas dirigens, quod tibi ipsi non inutile factum scio fore.* Fontium *etiam & Lacuũ,* Paludúmq; *&* Montium, Nemorúmq;, *&* Gentium, *quantum prosequi potui, sicut* Amnium, *huic libello in literas digesta nomina subieci. quo lecto non minimũ cõsequeris notitiæ, et præsertim cum professioni tuæ sit necessarium : & ne pluribus epistola oneretur, incipiemus ab eo flumine, quod etiam literam & nomen obtinet primum.*

FLVMINA.

ACHELOVS Aetoliæ *primus erupisse terram dicitur, in* Maliacum [Corinthiacum] *sinum effluit.* Aeto-

liam ab Acarnania diuidit. Oritur in Pindo monte.

Arar Germaniæ [Galliæ] flu. è Vogeſo monte: miſcetur Rhodano, qui ita lene decurrit, vt vix poſsit intelligi decurſus eius.

Amphryſus Theſſaliæ, vbi Apollo Admeti regis pecus fertur pauiſſe.

Alphæus Elidis, qui per mare decurrens in Siciliã inſulã, Arethuſæ fonti miſcetur.

Aſcanius Myſiæ fluuius eſt.

Achæron inferorum.

Achates Siciliæ, vbi pari nomine lapillos generat, vnde gemmæ fiunt.

Anien lacui Velinorum infunditur. Per Tyburtinorum fines decurrit. Ab Aniene filio Apollinis. In Tyberim defluit.

Allia, Salaria via ad mil. XIIII. *à Roma, vbi Galli victoria ſunt potiti de Romanis.*

Araxes Armeniæ, Armeniã à Medis diuidit.

Atheſis Veronenſium in Padum decurrit.

Amaſenus Priuernatium.

Aufidus Apuliæ, proximus Canuſio.

Alyntos, Lucaniam à Velienſibus diuidit.

Aſinius Catinæ, in litore Taurominitanorum defluit.

Anecus Siciliæ, qui per duo milia paſſuum ſub terra mergens, Syracuſis miſcetur mari, appellatúrq; Ano poſt Anopos cænos,

nos, superior Anotisphoros.

Alachis Megarensium, cuius fontem Dædalus dilatauit, agrúmq; reddidit & regionem, quam idem fluuius deuastat.

Acis ex monte Aetna in mare decurrit, ex cuius ripis Polyphemus saxa in Vlyssem egisse dicitur.

Atax è Pyrenæo, circa Narbonam decurrit in Tyrrhenum.

Atyr Tabellæ ciuitatis Aquitaniæ, in Oceanum fluit.

Almon Romæ, vbi mater Deûm VI. *Cal. Aprilis lauatur.*

Albis Germaniæ Sueuos à Ceruecijs [fortè Cheruscis]*diuidit, mergitur in Oceanũ.*

Aus[Aous] *Apolloniæ in Ionium decurrẽs.*

Alto Dyrrachij, decurrit in mare Illyricum.

Aumasipa [Arismaspa] *gẽtis Scytharum, vnde Aurum Scythæ legunt.*

Aras Macedoniæ, decurrit in Ionium mare.

Anaurus Thessaliæ ita denominatus, quia ex se neq; auram, neq; nebulam emittat.

Apidanos Thessaliæ in Empeum, [fortè Enipheum] *influit, in quo Emicasus, Melas, Phœnix miscentur: ipse in Peneon decurrit.*

Asopos Thessaliæ in Epidam [fortè Apidanum,]*influit.*

Aniger, qui ex cruore Centaurorum, quos

Hercules interfecit, odore suo venientes fugat, cùm fuerit dulcissimus.

Apud Cicones flu. est, cuius liquor epotus præcordia vertit in silicem, & rebus tactis marmora inducit.

Aternus Adriæ, decurrens per Marsos, vbi & Ostia ciuitas.

Aminone Lyciæ [forte Ciliciæ] *non longè à Thebis.*

Absyrtus flu. Colchorum.

Alis Asiæ flu.

Absus Palæstinæ.

BENACVS *Galliæ, ex quo nascitur Mantuanorum Mintius.*

Betis Hispaniæ: vnde Betica.

Bagrada Africæ iuxta oppidum Musti, vbi Regulus serpentem longum P. CXX. *exercitu adhibito interfecit.*

Barbenna, Illyrico mari miscetur.

Bactros Scythiæ, fines Hyrcanos abluit.

Briclates, ex Timato monte, Arno miscetur.

CAISTRVS *per Ephesum decurrit, proximus paludi Asiæ.*

Camicos Siciliæ, ex quo vrbs Camiceos: diuidit Agrigentinos.

Caicus Mysiæ, [Calos Mœsiæ.]

Cocytos inferorum, ex quo Styx palus.

Crunisos Syciliæ ciuitati Atilac.

Calor, Beneventi oppido iunctus.

Chry-

Chrysas, Syracusis ex monte Hereo.

Cydnus, per mediam vrbem Tarson *Ciliciæ decurrit.*

Cyrta Massiliensium, secundum Agatham vrbem.

Crustumium, à quo oppidum, in Adriaticum mare fluit.

Casilinum Campaniæ, ex quo oppidum.

Cephysos in vrbe Phocidos descendit, & circa Eubœam [Bœotiam] *flectitur.*

Cyrubs Arabiæ: in quo plurima genera gemmarum inveniuntur, & camelis portantur in oppidum Tybrestum.

Crathys confinis Sibari, capillos facit auri coloris.

Clitumnus Vmbriæ, *vbi* Iupiter *eodem nomine est.*

DANVBIVS, *qui & Ister, Germaniæ, decurrit in Põtum per* VII. *ostia.*

Drinus è palude Lignisti, *abiuens Scodram oppidum* Illyricorum.

ENIPHEVS *è mõte* Othri *Thessaliæ.*

Esper, [Euenus Aetoliæ:] *quà Nessus centaurus* Deianiram *Herculis traiecit.*

Eurotas Laconiæ.

Eridanus Galliæ Cisalpinæ, qui & Padus, vbi Heliades *mutantur in populos arbores.*

Erasinus Lyciæ.

Esia Galliæ in Sequanā fluit. Fortè Aesis *Galliæ Senonum,in Adriaticum fluit.*

Euenus Calydoniæ, vbi Hercules sagittis Nessum Centaurum interfecit.

Epidanus Thessaliæ, suprà Apidunos.

Euphrates Mesopotamiæ in Paradyso oriēs. Porrò Sallustius auctor certissimus asserit tam Tygris,quàm Euphratis in Armenia fontes monstrari.

Elorus Syracusarum, à quo ciuitas.

FANEVS, *& qui Siris,Beneventi.*

Fabaris Sabinorum, is Faber corruptè dicitur.

GANGES *in Oriente, Indiam cingens,latissimus,quem Alexander post Oceanum nauigare timuit: qui solus adversus Orientem fluit.*

Galessus Tarentinorum, quinq; millibus à ciuitate distans.Liuius auctor.

Gallus in Phrygia: vnde qui bibit, insanit more fanatico.

Gela Siciliæ, à quo oppidum.

Gelagiensis Dyrrachium ab Apollonia diuidens,decurrit in Epiro.

Genesus Palæstinæ.

HEBRVS *Thraciæ, proximus Aeno oppido.*

Hermus Lydiæ, Pactolo confunditur.

Hiberus Hispaniæ,à quo Hiberia dicitur.

Hyda-

Hydaspes Indiæ, per Parthos & Medos defluit: Indo miscetur & Caucasum alluit.
Hypanis Scythiæ, qui, vt ait Gallus,
Vno tellures diuidit amne duas.
Asiam enim ab Europa separat.
Halys Lydiæ, Chrusos transit.
Helorus Syracusarum, à quo ciuitas.
Himella Sabinorum prope Casperiam vrbem.
Hermus Lydiæ, Pactolo fluuio confunditur.
Herbesos, qui & Endrius, oppido Alluria decurrit per fines Helori Siciliæ.
Himera, oppido Taurominitanorum dedit nomen Himeræ: hoc flumen in duas findi partes ait Ctesichorus, vna in Tyrrhenũ mare, altera in Libycum decurrere.
Hypsa, secundum Irecon vrbem Hispaniæ decurrit, gratam Herculi.
Hypanis, quem & Hictarim vocant, ex quo Camerinis aqua inducta est.
Hermus Lyciæ.
Hæsusa, finibus Apolloniæ decurrens in sinum Ionium.
INDVS, Indiam definit ab occasu, à quo India dicta: hic descendentem Hydaspem recipit.
Isara Galliæ, decurrit in Rhodanum.
Icanus Dyrrachij, ab Icano castello dictus.
Ilerda Hispaniæ, à quo Ilerda oppidum.

Inachus Thessaliæ, [Peloponnesi.]
Iader iuxta Salonas mare influit Adriaticum.
KAYCVS *Mysiæ.*
LICESIVS *Thraciæ*, [Lyncestis Macedoniæ:] *cuius aquam bibentes ebrij fiunt.*
Lethe inferorum, quòd sit obliuij causa.
Lyris non longè à Marsis Vestinisq;, cuius in ripa Nymphæ marinæ Minturnensis templum est.
Lycus Asiæ, vnde Lycas oppidum.
Liger Galliæ, diuidens Aquitanos & Celtas: in Oceanum Britannicum euoluitur.
Lycastris Coæ, à quo Lyca ciuitas.
Lethecus insulæ Cretæ: ita dictus, quòd Harmonia Veneris filia, Cadmi viri ibi oblita dicitur.
MINCIVS *Galliæ Cisalpinæ, proximus Mantuanis, agitur ex Benaco.*
Mosella Belgicæ, defluit in Rhenum.
Minio Hetruriæ.
Metaurus Vmbriæ, in sinum Adriaticum decurrens.
Mæandros Cariæ, gentis Asiæ: hic tam flexuosus est, vt in sese recurrat.
Macra Liguriæ, secundùm Lunam vrbem.
Mathis Dyrrachij, non longè à Lysso.
Marsias Phrygiæ vrbis Celene.

Melas

Melas Thessaliæ, in Epidanum fluens.

NILVS Aegypti ex Aethiopia decurrẽs.

Nar Sabinorũ, ex Apenino in Tyberim per Narniam fluit.

Numicus in agro Laurenti.

Niphates Armeniæ, ex monte Niphate.

OAXES Cretæ, à quo ciuitas Oaxia. Varro hoc docet,

Quos magno Anchiale partus adducta dolore,

Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.

Orethus Panhormi Siciliæ.

Orontes Syriæ; ex monte Casio, apud Antiochiam labitur.

PADVS Galliæ Cisalpinæ, qui & Eridanus dicitur.

Permessos Bœotiæ.

Peneus Thessaliæ, vbi syluæ, quas Tempe vocant, huic Bebryces possederunt.

Phasis in Colchide, qui de monte Garamante fluit.

Panthagias Siciliæ: ita dictus, quòd sonitus eius decurrentis per totam insulam auditus est, vsq; eò, donec Ceres quærens filiam, comprimeret eam.

Pitornius, qui per medium lacum Fucinum Marsorum ita decurrit, vt aquæ eius non misceantur stagno.

Pactolus Lydiæ, qui decurrens aurũ trahit.

Phæthelinus Siciliæ iuxta Peloridem, confinis templo Dianæ.

Pisaurus, qui & Isaurus, vt Lucanus, à quo ciuitas Pisaurum, de qua Catullus,
Moribunda sede Pisauri. Decurrit in Adriaticum.

Phœnix Thessaliæ in Epidanum fluit.

Pachisos Siciliæ, vbi Sex. Pomp. iuuenis interfectus est.

RHENVS *Germaniæ, Belgas à Germanis segregans.*

Rubicon Galliæ, iuxta Ariminum, olim diuidens Galliam ab Italia.

Rutuba, ex Apenino in Tyberim [Tyrrhenum] *fluit.*

Rhodanus Galliæ, Lugdunum & Auenionem decurrens, atq; Arelatẽ, mari Thyrreno miscetur.

STRYMO *Thraciæ plurimo gelu strictus.*

Sequana Galliæ, Lutetiam Parisiorum interfluit, & insulam facit.

Sperchios Thessaliæ, in Maliacum mare decurrens, vsq; ad oram Locridis.

Syrapus Lucaniæ.

Selinus Messaniorum, à quo ciuitas Selinus dicta, quòd apium ibi plurimũ nascitur.

Sagaris Phrygiæ, ad castellũ Berecynthium.

Sebe-

Sebethos Neapolis,*in* Campania.
Sarnus Nuceriæ, *ex Saro monte oriens, per Campaniam decurrens.*
Simetos Siciliæ vicinus Palicis.
Siler in Lucania,*oppido* Alburno.
Saron Adriæ.
Sycoris Hispaniæ *iuxta* Ilerdam.
TYGRIS Parthiæ, *qui sub terra meãs, Rubro mari miscetur.*
Taurominius inter Syracusas & Messanam: à quo oppidum Taurominium,*quod oppidum aliter* Eusebo *neora dicitur.*
Tagus Hispaniæ.
Turia Hispaniæ,*quod* Valentiam *paruo intervallo præterfluit.*
Taras Epeiri.
Tanager Lucaniæ.
Tybris,vel Tyberis,*idem* Albula: *qui ex radicibus montis* Apẽnini *ex* Hetruria Romam *decurrit,quondam* Tuscos *diuidẽs.*
Tanais Scythiæ, Asiam *ab* Europa *diuidit.*
Trasymenos Lydiæ.
Tapsas Africæ,*iuxta* Rusicadem.
Triopala,qui & Assorus,*iuxta* Albo Megarensium.
Turnus Vmbriæ.
Taygeta Laconices, *vbi filios suos moris habent durare frigore aquæ.*
Titaressos Thessaliæ, *qui &* Orcus, *in* Pe-

neum decidit, nec ei miscetur, quia super eum funditur, quem Stygia palude crescere quidam affirmant.

VVLTVRNVS *Campaniæ, à quo oppidum iuxta Puteolos Vulturnum.*

Virbius Laconices, vbi Hippolytum Aesculapius arte Medicinæ reddidit vitæ, vnde & Virbius dictus.

Vfens Terracinæ proximus.

Varus: hic nunc Galliam ab Italia diuidit, antè Rubicon.

Vluleus Dyrrachij est, ex quo Dyrrachio ministrantur aquæ.

Vestinus Campaniæ, qui & aquis suis Sarnum impellit.

XANTHVS *Troiæ, Ilio proximus, ex Ida monte defluens, Symoënti iunctus in Propontidē funditur: hunc Scamādrum incolæ vocauerunt. Xantus & Xanthus scribitur, Flauus latinè dicitur. Xanthus item nomen est equi Hectoris, & Achillis.*

Xanthus Liciæ: vnde & ciuitas.

FONTES.

Aganippe fons Bœotiæ.

Acidalia in Orchomeno.

Arethusa Siciliæ apud Syracusas.

Cli-

Clitumnus Meuaniæ.
Clanius est apud Acerras in Campania: qui cùm creuerit, meditatur pestem terræ.
Castalius Delphis.
Clitor Arcadiæ, qui potus vinum in odium ducit.
Camenarum Romæ.
Dircæus Bœotiæ.
Esus Rhodi.
Garga Eubœæ, vbi Acteon laceratus est à canibus
Hippocrene Bœotiæ in Achaia.
Inessa Rhodi, à quo Siciliæ ciuitas Inessa.
Libethros Bœotiæ, [Magnesíæ.]
Lynope, [Lyriope:] *vbi Narcissus se cōspexit.*
Largia [Langia] *fons est in Nemeæa sylua, quem penes agon annuus celebratur, Archemoro Lycurgi filio, à quo post Archemorus denominatus est.*
Menais Leontinorum, per quem ciues eius loci timent iurare.
Spandeus in insula Coa Asiæ.
Salmacis Cariæ: ex quo qui bibit, mollescit, idem & obscœnus fit.
Timauus Aquileiæ Galliæ.
Viruinus [Virbius] *apud Laconas fons est.*

LACVS.

Auernus Campaniæ, immensæ altitudinis, cuius ima pars deprehendi non potest.

Acharon, quà ad inferos creditur iri.

Aecitus Apolloniæ.

Amsanctus Lucaniæ, cuius halitus volucres necat.

Benacus Galliæ, vnde Mincius fluit.

Cyane Syracusis per quem Anopus trãsit per Stygiam paludem.

Cocytos, inferorum.

Ciminius Hetruriæ.

Ferronia Terracinæ.

Fucinus Marsis.

Gygæa, lacus Lydiæ.

Hammonis Africæ, qui ortu solis & occasu incandescit, reliquo tempore gelidus est.

Inatamana lacus Lunæ, tenera ligna accendit: ex quo qui bibit, aut in insaniam vertitur, aut in soporem.

Larius Galliæ Cisalpinæ.

Lucrinus Campaniæ.

Lemanus Galliæ.

Mareotis Aegypti: vnde vites mareoticæ.

Triuiæ lacus Ariciæ, [Africæ.]

Velinus inter Nar labentem.

NE.

NEMORA.

Anguiæ, vel Anguitiæ, Lucaniæ.
Clarius Colophoniæ.
Dodone Epeiri.
Idalium in insula Cypro.
Molorchos in Nemea, à Molorcho hospite Herculis.
Marica in Campania, vbi Marica nymphæ sepulta est.
Syla Brutiorum.
Tymbra Phrygiæ, ab herbæ nomine, quæ lat. cyanæ dicitur.
Tempe Thessaliæ.

PALVDES.

Ambracia Achaiæ, [Acarnaniæ.]
Asia Mysiæ, cui Caystros propè est.
Camerina nunc, antè Hesperiæ dicta, Syracusis propinqua.
Lerna Arcadiæ: vnde hydra centum capitum, quam Hercules occidit.
Mæotis Scythiæ.
Pontina Terracinæ foro Appi.
Paduse Galliæ, à Pado dicta.
Styx inferorum, à Styge Oceani filia.
Satura inter Antium & Circeos: eadem Statura.

Salpina in Adriatico, [Apuleia.]

Triton Thraciæ, [Africæ:] in quo qui se nouies immerserit, in auẽ cõvertitur.

Tyraca Syracusis.

MONTES.

ARACYNTHVS in Attica: quidam in Arcadia dicunt.

Aruis in insula Chio: vnde vinũ Aruisium.

Atlas, in vltima Africa, cingens Mauritaniam.

Ascræus: vnde vicus Ascra, in Bœotia, vnde Hesiodus.

Auentinus Romæ: vnus ex VII. montibus.

Alburnus Lucaniæ.

Alpes Galliam Togatam à Comata diuidũt.

Aetna Siciliæ, flammam emittens.

Agragas Siciliæ, iuxta Gelam.

Athos Thraciæ.

Apeninus Italiæ, vsq; ad Anconã porrectus.

Albanus in Latio.

Auentinus, in quo ciuitas Præneste.

Amanus Cappadociæ.

Aganippe Bœotiæ: antè Enippe dictus.

BERECYNTHVS Phrygiæ: vnde mater Deûm Berecynthia.

Bebius Campaniæ, fluuium emittens.

Boreas Dyrrachij.

CYTORVS *in Ponto Paphlagoniæ, buxo potens.*

Cybelus Phrygiæ.

Cælius Romæ, ex VII. *montibus vnus.*

Clarius Colophoniæ : à quo Apollo Clarius.

Cyllene Arcadiæ: vnde Mercurius Cyllenius.

Catyllus Tiburti.

Coras ibidem.

Cinyrus Piceno.

Chimera Lyciæ.

Calpe Hispaniæ: freto imminet.

Ciminus Hetruriæ

Corycos Ciliciæ: vbi optimũ crocũ nascitur.

Castalius in Delphis, in Phocide.

DICTEVS *Cretæ.*

Dodone, Chaoniæ Epeiri.

Dindyma Phrygiæ.

ERYX *Siciliæ.*

Erymanthus Arcadiæ.

Exquilinus Romæ: ex VII. *montibus vnus.*

Eridanus Dyrrachij.

GARGARVS *in Phrygia, Idæ montis cacumen.*

Gaurus Campaniæ.

HELICON *Aoniæ Bœotiæq́; , Musis sacer.*

Hyperborei, Thraciæ, [Scythiæ] vltra plagam aquiloniam.

Hemus Thraciæ.

Heminiæ Dymnus, Iberiæ *ponticæ.*

ISMARVS *Thraciæ, insignis oleo & vino.*

Ida in Troade:

alius in Creta.

LICEVS *Arcadiæ, vbi Pan præcipuè colitur.*

Libethris Aetoliæ.

MENALIVS *Arcadiæ in* Tegæa.

Massicus Campaniæ *in* Falerno.

Marpessus in insula Paro.

Monœchus Illyridos.

Mæuius, qui & Veseuus, Campaniæ.

NIPHATES *Armeniæ in* Perside.

Nerithos Ithacæ: *à quo & portus.*

Nysa Indiæ.

Nemeus Cieonensium.

OLYMPVS *Macedoniæ altissimus, qui altitudine sua plumas & nubes excedit.*

Ossa Thessaliæ.

Oeta Thessaliæ, *vbi* Hercules *combvstus est.*

Othrys Thraciæ.

Oemphyle Dyrrachij.

PARNASSVS *Phocidis, duobus verticibus surgens.*

Pindus Thessaliæ.

Parthenius Arcadiæ.

Phaneus Chij, *vino insignis.*

Pala

Palatinus Romæ,ex VII.*vnus*.
Pelios Thraciæ, [Theſſaliæ:] *in quo Lapithæ populi morati, vbi Centauri nati.*
Pangeus Thraciæ & Macedoniæ.
Pyrenæus Galliam ab Hiſpania diuidit.
Pylartes Dyrrachÿ.
Petra Dyrrachÿ,Caſtra Pompeÿ Magni.
QVIRINVS *Romæ,ex* VII.*vnus*.
RHODOPE *Thraciæ.*
Riphæi Scythiæ.
Rhamnuſius Scodræ.
SATVRNIVS *Romæ,qui &Capitolinus:idem & Tarpeius.*
Soractes Faliſcorum.
Sarnus Nuceriæ.
Sypilus Lydiæ.
Steſiarus Moloſsiæ.
TARPEIVS *Romæ, ex* VII.*vnus*.
Tenarus Laconices.
Tmolus Lydiæ,vino inſignis.
Taburnus Samnitum,oliuifer.
Taygeta Laconices.
Tetricus Sabinorum.
Tenitrus Macedoniæ, proximus Apolloniæ, in conſpectu Dyrrachÿ.
VELINVS *Romæ,ex* VII.*vnus*.
Veſulus Apuliæ.

GENTES.

Agathyrsi Scythiæ partis Europæ.
Acarnani, Epeirotæ Europæ.
Apuli Italici partis Europæ.
Aethiopes Indi, Asiæ.
Aegypti, partis Asiæ.
Barcæi, Mauri Libyes.
Chalybes in Ponto Europæ.
Cicones Thraciæ.
Daci Scythiæ.
Dryopes Phocenses Europæ.
Getuli Afri Libyæ.
Germani Europæ.
Getæ Thraces, Europæ.
Geloni Thraciæ picti corporis parte.
Garamantes Mauri Libyæ.
Gangaridæ Indiæ.
Hispani Europæ.
Indi pars Asiæ.
Ithyrei, vel Itharei, Syrij, vsu sagittæ periti.
Kares Asiæ.
Lydi Asiæ.
Lapithæ Thessali Europæ.
Leleges Cariæ Asiæ.
Lucani Italici Europæ.
Lycij Asiæ.
Massyli Afri.
Mauri Libyæ proximi.

Magem-

Magempuri Libyæ.
Marſi Italici Europæ.
Medi Parthiæ proximi.
Morini Oceano iuncti, Europæ.
Numidæ Mauri Libyæ.
Oſci Samnites Italici, Europæ.
Paraſij Arcadies Europæ.
Pannonij Illyrici Europæ.
Phylliridæ Europæ in Venetia: fortè in Theſſalia.
Rutuli, iidem Dauni.
Seres Aſiæ ſub Oriente.
Sabæi Arabes.
Sauromatæ Europæ.
Theutones Germani Europæ.
Tuſci Italici Europæ.
Thraces Europæ.
Theſſali Macedones, Europæ.
Vmbri Italiæ, Europæ.
Volſci Italiæ Europæ.

FINIS.

GALLIÆ PROVINCIÆ ATQVE CIVITATES EIVS metropolitanæ.

PROVINCIA LVGDVnensis I.

Metropolis ciu. Lugdunensium.
Ciu. Eduorum, hoc est, Augustidunum.
Ciu. Lingonum.
Ciuitas Matiscensium.
Castrum Caballionensium.

PROVINCIA LVGDVnensis II.

Metropolis ciu. Rotomagensium.
Ciu. Bolocassium.
Ciu. Abrincantum.
Ciu. Ebroicorum.
Ciu. Saiorum.
Ciu. Luxouiorum.
Ciu. Constantia.

PROVINCIA LVGDVnensis III.

Metropolis ciu. Toronorum.
Ciu. Cennamanorum.
Ciu. Redonum.
Ciu. Andegauorum.
Ciu. Namnetum.

Ciu.

Ciu.Corisoporum.
Ciu.Venotum.
Ciu.Ocismorum.
Ciu.Diablintum.

PROVINCIA LVGDV-
nensis IIII.

Metr.ciu.Sennonum.
Ciu.Carnotum.
Ciu.Autisiodorum.
Ciu.Trecasium.
Ciu.Aurelianorum.
Ciu.Pariseorum.
Ciu.Melduorum.

PROVINCIA LVGDVNEN-
sis v. Sequanorum.

Metr.ciu.Crispolinorũ,hoc est Vesontionũ.
Ciu.Aequestrium: hoc est,Lugiduno.
Ciu.Eluicorum:hoc est,Auentico.
Ciu.Basiliensium.
Cast.Vendonense.
Cast.Ebrodunense.
Cast.Argentariense.
Cast.Rauricense.
Portus Abucini.

PROVINCIA BELLICA I.

Metrop.ciu.Trefororum.
Ciu.Medimatricum:hoc est,Metis.
Ciu.Leucorum:hoc est,Tullo.
Ciu.Verdonensium.

PROVINCIA BELGICA II.

Metrop. ciu. Remorum.
Ciu. Suessionum.
Ciu. Castellaunorum.
Ciu. Veromandorum.
Ciu. Atrauatum.
Ciu. Camarocensium.
Ciu. Turiacensium.
Ciu. Saluanectum.
Ciu. Bellouacorum.
Ciu. Ambionensium.
Ciu. Morinum.
Ciu. Bononiensium.

PROVINCIA GERM. I.

Metr. ciu. Magociacensium.
Ciu. Argentariocensium, Stratisburg.
Ciu. Nemetum: hoc est, Spira.
Ciu. Vuangionum: hoc est, Vuarmacia.

PROVIN. GERM. II.

Metr. ciu Agrippinensium: hoc est, Colonia.
Ciu. Tungrorum.

PROVINCIA VIENNENSIS I.

Metr, ciu. Viennensium.
Ciu. Genauensium.
Ciu. Gratianopolitanorum.
Ciu. Albensium: hoc est, Belisio.
Ciu. Athensium.

Ciu. Valentinorum.
Ciu. Trecassianorum.
Ciu. Vasentiorum.
Ciu. Aurasiorum.
Ciu. Carpentoratensium.
Ciu. Cauellicorum.
Ciu. Euennicorum.
Ciu. Arlatensium.
Ciu. Massiliensium.

PROVINCIA VIENNENsis II.

Metr. ciu. Narbonensium.
Ciu. Tolosatium.
Ciu. Agathensium.
Ciu. Beteruensium.
Ciu. Magalonensium.
Ciu. Nemausensium.
Ciu. Luteuensium.
Cast. Vciacensium.

PROVINCIA VIENNENsis III.

Metr. ciu. Aquensium.
Ciu. Regensium.
Ciu. Athensium.
Ciu. Foro-Iuliensium.
Ciu. Vuapincensium.
Ciu. Segestoriorum.
Ciu. Anthiopolitana.

PROVINCIA VIENNENSIS IIII.
in Alpibus maritimis.

Metr.ciu.Ebrodunensium.
Ciu. Dignensium.
Ciu.Rigomagensium.
Ciu.Sollinìensium.
Ciu.Sanicìensium.
Ciu.Glanatica.
Ciu.Celemensium.
Ciu.Vensiensium.

PROVINCIA VIENNENSIS V.
in Alpium Gratarum Penninarum.

Metr.ciu. Centronium: hoc est, Darentasià.
Ciu.Vallensium:hoc est, Octodorum.

PROVINCIA AEQVITAniæ I.

Metr.ciu.Bitaricum, vel Betorigorum.
Ciu.Aruernorum.
Ciu.Ruthinorum.
Ciu.Albiensium.
Ciu.Cadurcorum.
Ciu.Leumouicum.
Ciu.Gaballuorum.
Ciu.Belluanorum.

PROVINCIA AEQVITAniæ II.

Metrop.ciu.Bordegalensium.
Ciu.Agennensium.

Ciu.Egolisnensium,
Ciu.Sanctonum.
Ciu.Pictauorum,vel Pectauonum.
Ciu.Petrogororum.

PROVINC. NOVEM POPVLANA,
Aequitaniæ III.

Metr. ciu.Ausicorum.
Ciu.Aquensium.
Ciu.Lastoracium,vel Lasturacium.
Ciu.Conuenas.
Ciu.Consantanorum,vel Consoranorum.
Ciu.Boatium.
Ciu.Beranensium.
Ciu.Aturensium.
Ciu.Vasateca.
Ciu.Turba:vbi castrum Bogorra.
Ciu.Eloronensium.
Ciu. Elusatium.

FINIS.

AVCTORVM HISCE IN OPVSCVLIS CI-
tatorum nomina.

Ægidius Scudus.
Ammianus.
Appianus Alexandrinus.
Arrianus.
d. Augustinus.
Byzantinæ historiæ autores.
Catullus.
Cicero.
Claudianus.
Conciliorum libri.
Cornelius Tacitus.
Ctesias.
Ctesichorus.
Cyprianus.
Dio.
Diodorus Siculus.
Dionysius Halicarnassæus.
Eustathius Dionysij interpres.
Flori epitome in Liuium.
Gallus.
Gerardus Mercator.
Herodotus.
Hircius.
Homerus.
Horatius.
Iacobus Castaldus.
Iacobus Guiacius.
Iornandes.
Isidorus.
C. Iulius Cæsar.
Leo Africanus.
Liuius.
Lucanus.
Marcellinus.
Moletius.
Moses.
Notitiarum liber.
Onuphrius Panuinius.
Ouidius Naso.
Paulus Orosius.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Mela.
Procopius.

Pto-

FINIS.

ITINERVM AB ANTONIO DESCRIPTORVM elenchus.

A

Au-

T

à Ve-

FINIS.

OMNIVM PROPRIORVM NOMINVM hoc opere contentorum elenchus.

acrea

africa

algiei

angel-

auia-

B

basio

bioa

bri-

cælius

Cauis

colm

Dac-

dilis

eudæ

for-

gallia

gla-

lasan-

LL

me-

muza-

ſeri-

pelia

tem-

tolous

pan-

ſitaa

phœni-

tubu-

uamu-

INDICIS, *cuius vsus erit vt loca hîc passim occurrentia faciliùs inveniantur, & vt cum aliis huius generis scriptis, præcipuè verò cum Notitiarum libro, possint conferri,*

FINIS.